materia penitētie ſuper omnia canonibus eſt ſtanduꝫ: ita ꝙ illum dica
mus penitēteꝫ vel impenitentē: qui per canones penitēs vel impenitēs
iudicatur. et nemo alia quelibet contra auctoꝛitatē apoſtolice ſedis vel
cōtra ſtatuta canonū abijciat: quia quicquid contra illoꝝ diffinitioneꝫ

Universidad de Deusto
Biblioteca

In quibus ſpūm ſanctū credimus locutū dictū fuerit recipere non ſolū
temerariū: ſed periculoſuꝫ eſſe nō dubitatur. Jta ſcripſit papa ormiſda
om̄ibus epiſcopis per vniuerſas prouincias cōſtitutis. in. c. ſi ille. l. di.
vbi ſupradicta ponūtur litteraliter. Sed Jnnocētius quartus in cōci-
lio generali ſtatuit: ꝙ aſſiſſini ⁊ illi qui ꝑ aſſiſſinos proditorie homines
occidūt: mortē ꝓcurāt non ſolū corporū ſed etiā animarū: niſi exuberās
gratia diuina eos preuenerit: vt ſint armis ſpūalibꝰ premuniti: et ideo
eos excōicat: et grauibus penis punit. vt eſt tex. in. c. pro humani de ho
mici. li. vj. et glo. ibi in parte premuniti dicit: ꝙ propter hoc canon dat
cōſiliū ꝙ nullus expectet in vltimis penitere. vt in. c. nullus expectet.
de peni. di. vij. et hoc ſtatuit ibi Jnnocētius. ſalutē animarū procuran-
do: vt dicit textꝰ in dicto. c. pro humani. ergo quomodocūqꝫ ⁊ quocūqꝫ
tēpore moriat̄ in pc̄to mortali: et cū quocūqꝫ ꝓpoſito: ſi non fuerit illis
armis ſpūalibus premunitus. ſ. ſi nō fuerit cōfeſſus ⁊ penitēs: cuꝫ ha-
bet copiā ſacerdotis: ſaluari nō pōt: vt ꝑ ſupradicta clare probatur.
¶ Ex ſupradictis ergo clare patet probatū eſſe ꝙ nō ſaluatur q̄ ſtatim
cū ſe offert tēpus nō ꝯfitetur: ſed in peccato mortali ſine cōfeſſione mo
riatur: licet habeat propoſitū vacuū ⁊ inefficax: de cōfitēdo ſemel in an
no in quadrageſima: qđ propoſitum quadragimale appello.
¶ Et ideo vt habeāt locū dicta oīm dñoꝝ: cōtrariā oppinionē tenētiū
ſub reuerētia et proteſtationibus prelibatis: ⁊ quocūqꝫ iudicio meliori
ſaluo mihi videt̄ circa hoc ſic eſſe diſtinguēdū: ꝙ aut querimus quātū
ad ſecuritatē anime: aut quātuꝫ ad trāſgreſſionem precepti eccleſie. Si
quātū ad ſecuritatē anime: ⁊ liberationē a peccatis precedentibus fir-
miter tenēdum eſt ꝙ quādo quis habet bonā oportunitatē cōfitēdi ſta
tim preſente tēpore cōfeſſionis vel ſtatim poſt cū illo propoſito ſine con
feſſione nō ē quis ſecuris quātū ad hoc ꝙ ſaluet̄ ſi moritur anteq̄ꝫ cōfi
teat̄. et hoc ſentit ſctūs tho. predicta. di. xvij. duꝫ dicit ꝙ periculoſū eſt
differre cōfeſſionē: ⁊ ꝙ ꝑ decretalē nō excuſat̄ quis a culpa quantū ad
forū cōſciētie: ſed ſolū excuſat̄ a pena priuatiōis ſepulture quātū ad fo
rū eccleſie ſi morte preuētus fuerit ante tēpus id. et hoc etiā ſentit bona
uē. ea. di. in quātū dicit ꝙ differre cōfeſſionē vſqꝫ ad paſcha videt̄ ſibi
ꝑiculū in illis qui ſunt obligati ad cōfeſſionē ex propria culpa. et cū di
cit ꝙ non eſt vere cōtritus qui tā longo tempore vulnus peccati portat
occultum: Et ita intelligitur id quod dicit Bonauen. ꝙ nullus iuſtifica
tur qui ſacramentum contemnit. ſ. quando habet ſacramentum in ꝓō-
ptu quādo cōteritur vel poſt ſtatim. Si querimus quātum ad peccatū
nouum tranſgreſſionis precepti illius decretalis. et tunc habeat locuꝫ
opinio cōtraria: ſcꝫ ꝙ differens cōfeſſionem vſqꝫ ad quadrageſimā nō
peccet tanq̄ꝫ tranſgreſſor illius decretalis. Omnis. ſed poteſt dici qđ
ſtatim quando conteritur poteſt cōfiteri: vel ſi poſt offertur ſibi copia
ſacerdotis: ⁊ nō cōfitet̄ ꝙ peccat; q: contēnit vel negligit ſacramentū:

vel quia exponit ſe periculo ⁊ nō liberat aīaꝫ ſuā a peccato ⁊ a morte:
ad quā quottidie ducit̄. vt in. c. nō īferenda. xxiij. q. iij. ⁊. c. tāta neq̄tia
lxxxvj. di. Nunc reſtat ad cōtraria reſpondere. ⁊ ad p̄dicta cōtraria re-
ſpōdet̄ ſic. Ad primū argumētū ī quo đr ꝙ p̄cepta affirmatiua nō obli
gāt ad ſemꝑ: ſed ad aliquod tp̄s determinatū. puta cum locus ⁊ tēpus
adeſt quod dicūt ꝙ ē īdeterminatum. ſ. quando locus vel tempus ade-
rit: ⁊ ꝙ eccl'ia determinauit id tēpus ī determinādo ꝙ confeſſio debeat
fieri ſemel in anno. per. c. Omnis vtriuſqꝫ ſexus: ⁊ ideo dicunt ꝙ non
eſt tranſgreſſor quis ſiue omittat ſiue differat cōfiteri vſqꝫ ad annum.
Reſpondeo ⁊ dico ꝙ id tēpus eſt determinatum: q: eſt tempus primo
oblatum contrito quantum ad euitandum periculum: ⁊ ad ſecuritatem
anime: vt dictū fuit: ⁊ dico ꝙ eccl'ia nō determinauit id tēpus per id. c.
omnis. ſed ſolū appoſuit penas cōtra negligētes ſm̄ Jnno. ⁊ Jo. An.
in. d. c. omnis. vel ſolum ꝓpter ꝑcipiendā cōionē in paſcha. illud ſtatu
tum fuit ſm̄ ſctūm Tho. p̄dicta diſtin. qui dicit ibi ꝙ ꝑ illam decretalem
eccleſia non indulget dilationē: ſed ꝓhibet negligentiam in maiori dila
tione: et dicit ꝙ non eſt ex īdulgentia eccleſie ꝙ aliquis nō teneatur ad
ſtatim confitendum: ſed ex natura p̄cepti affirmatiui: ⁊ ꝙ eccleſia per il
lam decretalem nō determinauit tēpus: nec dedit licētiā alicui ꝑmanē-
di in peccato: nec differendi ꝯfeſſionē vſqꝫ ad illud tempus quadrage
ſime ꝙ vltra ea q̄ ſupra dicta ſunt: q: hic eſt maior vis huius pūcti. ad-
huc ꝓbo iſtis rōnibus. Primo q: eccleſia q̄ ſtatuit. c. oīs. ſtatuit etiam
ꝙ peccās cōpellat̄ ſtatim ad penitētiā. vt ī. c. p̄dicādū. xxij. q. j. et in. c.
ad audientiā. de ſpon. ⁊ ſine dubio ſtatī ante illud tēpus quilibꝫ tenet̄
⁊ pōt compelli ad penitētiam in peccatis manifeſtis: ſm̄ doctores ī p̄-
dictis iuribus. ⁊ no. glo. in ſumma. j. diſt. v. ⁊ ita intelligit ibi glo. c. ille
tex. j. di. iij. ſed ſi illud. c. licentiā differendi daret in manifeſtis daret: q:
nedū ī occultis: ſed etiā in manifeſtis habet locū illa decretalis ſm̄ Jo.
an. ibi ſuꝑ parte ſolus: ⁊ ꝓbat̄ ꝑ tex. ibi. cum ibi dicat tex. oīa pc̄ta: ſed
hoc nō pōt eē ꝑ id qđ dictū eſt: ergo nō dat ī aliquibꝰ licētiā differēdi.
¶ Scđo: q: moriēs añ q̄drageſimā etiā cōtritꝰ: et cū quocūqꝫ ꝓpoſito
ſi nō agit pñiaꝫ vt eccl'ia mādat: iudicat̄ decedere ī pc̄to mortali: vt eſt
tex. cū glo. ī. c. nec apđ altare. lxxxviij. di. ergo illa decre. nō dat licētiaꝫ
differēdi ꝯfeſſionē. ¶ Tertio: q: ordinata ad vnū finē nō operant̄ aliū: vt
in ca. cū dilectꝰ. de ordi. cogni. ī fine: ſed illđ. c. oīs fuit ſtatutū ꝓpter ne-
gligētes vl' ꝓpter ꝑcipiēdā cōionē ī paſcha vt ē dictū: ergo non opera
tur deſignationē tēporis vel licentiam differendi confeſſionem.
¶ Quarto ꝓbatur ꝑ ipſam decretalem oīs: ⁊ ꝑ id qđ ibi no. Jo. and.
in verbo ſaltim ſemel. vbi dicit Jo. an. ꝙ hec ſonāt illa verba ac ſi dicat
q: ſepius homo cadit: eſſet ſepius cōfitēdū. vt in. c. ſepties. j. diſti. iij. et
ca. ſequentibus: ſed adminus ſemel hoc faciat; ergo clare patet ꝙ non
dat licentiam differendi confeſſionem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Quinto probaꝛ ſic. decre. omnis. non loquitur in habentibus pccā
moꝛtalia: ⁊ in hoc nihil diſpoſuit: ſed ſolū habet locum ī his qui tm̄ ve
nialia pccā habēt. ſm Inno. ⁊ Jo. an. in dicto. c. omnis. in parte ſemel
Et ꝙ ita debet ītelligi neceſſario probaꝛ. nam alias preciperet impoſ
ſibile ⁊ inutile: quia nihil valet confeſſio de moꝛtali ſine contritione: ⁊
non eſt ī ptāte alicuius habere contritionem. itē dū non poteſt deſere-
re peccatum: inutilis eſt penitentia. vt in. c. ſalcibus. ſ. di. iij. ⁊ totū hoc
ſ. contritio ⁊ deſertio peccati habet venire ex gratia dei: que gratia nō
eſt in poteſtate alicuius: ergo neceſſe eſt ꝙ ita intelligatur. ſ. de hūtibꝰ
tantū venialia. Niſi dicamus ꝙ propter hoc ꝑcipitur cōfeſſio: quia tp̄e
confeſſionis conterunꝛ homines ⁊ non ante vt plurimuʒ. Et ita quot
tidie accidit: ⁊ propter hec eſt magis neceſſariū ꝙ confeſſio fiat frequē
ter. Et ꝑ iſta eſt reſponſuʒ ad illud argumentum: ⁊ ad alia ſimilia argu
menta. Nam fateoꝛ ꝙ differens confeſſionem non eſt tranſgreſſoꝛ quo
ad peccatum ⁊ quo ad incurrendū penas illius. c. ſed propter hoc non
ſequitur ꝙ ſit ſecurus: ita ꝙ ſi interim moꝛiatur: ſaluetur.
¶ Ad ſecundū argumentū in quo dꝛ ꝙ ſi ſtatim teneꝛ quis cōfiteri ex
precepto quando habet copiam ſacerdotis: ſi non confitetur ſtatī: pec-
cat moꝛtaliter: ⁊ eadē ratiōe in alio tp̄e. ⁊ ſic deinceps: ⁊ ſic multa pec-
cata moꝛtalia incurreret pro vna dilatione: quod ē incōueniēs. Dico ꝙ
argumentū non procedit: quia oīa illa tempoꝛa ponūꝛ pro vno tempo
re: ⁊ ideo non eſſet niſi vnū pctm̄: ſm Bonauē. ⁊ ſm ꝙ notat glo. ſ. diſt.
v. in ſumma: ⁊ dico vt dictū ē: ꝙ iſte non peccat moꝛtaliter vt tranſgreſ
ſoꝛ. c. omnis. ſed peccat qꝛ contēnit vel negligit ſacramentum: vel qꝛ ex
ponit ſe periculo moꝛiendi in peccato.
¶ Ad tertium argumētum in quo dicitur ꝙ ī. c. omnis. datur mandatū
de communicando: ſub eadem pena: ⁊ ꝙ ſicut non peccat omittēdo cō
municare vſqꝫ ad paſcha. eadem ratione non peccat omittendo con-
fiteri. Dico ꝙ non valet argumentuʒ: quia magis eſt de neceſſitate ſalu
tis confiteri ꝙ̄ cōmunicare: ⁊ dico ꝙ veꝝ ē ꝙ non peccat omittēdo ꝯfi-
teri pctō trangreſſionis illius. c. ſʒ pctō: qꝛ negligit ſacr̄m: ⁊ qꝛ ſe expo
nit ꝑiculo: vt dictum eſt.
¶ Ad quartū argumētū ī quo dꝛ: qꝛ ſicut licitū ē pctoꝛi q̄rere ſacerdo-
tē diſcretū ⁊ expectare. pari rōne licitū ē q̄rere ⁊ expectare tp̄s idoneū
ad penitēdū ⁊ ſatiſfaciendū: ⁊ ꝙ iſtud tp̄s idoneū ad penitendū ⁊ ſatiſ-
faciendū ē tp̄s quadrageſime. ꝑ. c. ecce nunc tēpus acceptabile: ⁊ idō cō
cludit ex hoc ꝙ ſine pctō poſſit quis expectare quadrageſimā. Dico ꝙ
expectare tempus idoneū. ſ. quouſqꝫ habeat ſacerdoteʒ diſcretum ⁊ ha
bentem claues: licitū eſt ⁊ etiam neceſſarium: ſed habito tali ſacerdote
non debet quis quadrageſimam vel aliud tempus expectare: per illud
in quacūqꝫ hoꝛa peccatoꝛ conuerſus fuerit: qꝛ nō eſt certus ꝙ ad qua-
drageſimam accedet; imo ī dubijs debet timere ⁊ preſumere ꝙ non ac-
cedet. et licet de quadrageſima dicatur ꝙ eſt tēpus acceptabile: nō pro
pter hoc negatur quin aliud tēpus ante quadrageſimā ſit etiā accepta
bile. ſ. quādocūqꝫ hō cōteriꝛ ⁊ habet copiā ſacerdotis. ⁊ licet ſine pctō
trāgreſſiōis illiꝰ. c. poſſet expectare quadrageſimā nō tm̄ pōt expectare
ſine periculo anime vt eſt dictū ⁊ probatū per ſupꝛadicta. ¶ Ad reſpon
ſiones factas ꝑ predictos tenētes cōtrariū ad argumenta predicta do-
ctoꝝ facta pro parte mea qui reſpōſiones cōmuniter cōcludūt ꝙ ꝑ cō
tritionē cum illo propoſito quadrageſimali quilibet delet peccatuʒ ⁊ li
beratur a moꝛbo ⁊ reſurgit ⁊ euitat diſcrimē in tantū ꝙ ſi interim ante
illud tēpus quadrageſime ſubitanee moꝛeretur ſaluareꝛ. Dico ꝙ ſalua
reuerētia cōtrariuʒ eſt dicendū vt patet ex ſupꝛadictis: ſcilicet ꝙ per ſo
lam contritionē vbi quis ſtatim cū cōteritur poteſt oꝛe confiteri et non
cōfitetur: nō liberetur nec reſurgit a peccato: nec euitat diſcrimē: quia
nō datur ſibi remiſſio peccatoꝝ: nec dicitur habere cōtritionē: tū quia
contēnit ſacramentū preſens: tū quia nō habet votū confeſſionis verū
et plenū et efficax qđ eſt neceſſariū: qꝛ ex quo contēnit ſacramētuʒ pre-
ſens nō iuſtificaꝛ ſcđm banauē. et ideo nō ſaluareꝛ nec iret ſecurus ſi in
terim moꝛereꝛ. qđ vltra ea q̄ dicta ſunt probaꝛ etiā per. c. qui egerit. et
per. c. baptizatꝰ. ſ. di. vij. a cōtrario ſenſu. et ꝑ id qđ dicūt Inno. et Jo.
an. in ꝑdicto. c. omnis. vbi dicūt ꝙ cōtritio ſine cōfeſſiōe non prodeſt ſi
peccatoꝛ habet tēpus ⁊ copiā cōfitēdi. argumēto de lepꝛoſis ⁊ de laza-
ro. ⁊ argumēto. c. in quacūqꝫ hoꝛa. ſ. ea. di. ſcđm eos. Et probaꝛ etiā qꝛ
regula eſt ꝙ homicidiū caſuale imputatur alicui quādo culpa preceſſit
caſum. vt notat Dūicus in. c. eoſ. l. di. Cuʒ ergo iſte fuerit in culpa: non
confitendo oꝛe cum poſſet: imputari debet ei homicidiū anime ſue: qđ
ſecutum eſt caſualiter ex quo moriꝛ in peccato moꝛtali: ⁊ ſic nō ſaluaꝛ.
¶ Et ad aliud qđ reſpōdetur ad illā auctoꝛitateʒ. Accelera non tardes
cōuerti. et ad alias ſimiles auctoꝛitates cōtrarias: dicendo ꝙ loquūtur
de cōfeſſione coꝛdis interioꝛi. Dico ꝙ ille intellectus habet locū quādo
nō habetur copia ſacerdotis. Sed quando habetur ſacerdos ⁊ poteſt
fieri cōfeſſio ſine ipſa non eſt ſalus. vt notat archi. in. c. poꝛro. in. §. alij
ecōtra. ſupꝛa. ea. di. et in. §. ecōtra. ſ. ea. di. vt ſupꝛa dictū fuit. vel poteſt
dici ꝙ ille intellectus haberet locū in illo tēpoꝛe quando non erat facta
inſtitutio cōfeſſiōis. vt dicit glo. in. §. petrus. ſupꝛa ea. di. ſed hodie ex
quo inſtitutio cōfeſſionis facta eſt: illud non habet locuʒ. Vel ille intel-
lectus ꝓcedit in peccatis ſola volūtate cōmiſſis: que nō tenetur quis cō
fiteri ex precepto. vt in. c. ſ. de regu. iuris. ſcđm Laurētiū ⁊ archi. in. c.
predicandū. allegato. xxij. q. ſ. et notat Huguicius. ⁊ glo. in. c. ſi quē. de
peni. di. ſ. ⁊ in. c. ij. ſ. q. ſ. vbi dicit glo. ꝙ peccata q̄ ſola volūtate cōmittū
tur: ſola volūtate delētur. vt ſupꝛdicto. c. ſ. de regu. iu. Vel illud habʒ lo
cū in habētibꝰ tantū venialia minoꝛa. vel id debet intelligi: ꝙ ſufficit cō
fiteri deo coꝛde: intelligēdo ſemper mediante ſacerdote vel ꝑ ſacerdotē

differre penitentia

Universidad de Deusto Biblioteca

mediū Uel id habet locū in peccatis iam cōfeſſis ſacerdoti: nā illa ſuffi cit ꝯfiteri deo corde. vt ponit archi. iſtos tres itellectꝰ in. c. vlti. i. ea. di. ¶ Deſtructis ergo predictis cōtrarijs manet probatū clare: ꝙ. c. Ōis vtriuſqꝫ ſexus nō dat alicui licētiam differēdi cōfeſſionē. Sed eſt factū pro habētibus tantū venialia. vel propter cōmunionē in paſcha vel ne gligētes punit. Et ꝙ ille qui pōt cōfiteri ⁊ differt cōfeſſionē cū illo pro poſito ꝙ in quadrageſima confitebitur. Si ante illud tēpus ſubitanee moritur nō ſaluatur cū ſtatim ex quo oportunitatē habeat debet cōfite ri ſi vult eſſe ſecurus. ¶ Nam etiā ſcd̄m ſupradictos partē cōtrariā tenē tes quādo aliquis timet periculū vt qꝛ debet intrare bellū vel mare vel quia grauiter infirmatur ⁊ cito qn̄ offert ſe oportunitas cōfitēdi ⁊ non expectatur poſt maior oportunitas nec quātuꝫ ad tēpus nec quantum ad ſacerdotē: tūc tenetur quis ſtatim cōfiteri. ¶ Ex hoc ergo ſequitur ꝙ ſemꝑ in omni caſu debet quis ſtatim cōfiteri. naꝫ quotidie tota etate noſtra inter inuiſibiles hoſtes ⁊ pericula in hoc mūdo gradienduꝫ eſt: et ideo poſt baptiſmū cōfirmamur ad pugnā ⁊ ad agones ⁊ prelia mū di huius. vt in. c. ij. i. de cōſecra. di. v. et ſic cū diabolo cōtinuū preliū ha bemus ex quo prelio habemus timere quotidie: necdū mortē ſpiritua lē ſed etiā corporalē ſi in peccato ſumus. vt in. c. epi. ⁊. c. audi. xj. q. iij. ⁊ notat glo. in. c. qua frōte de appella. ⁊ in q̄libet hora habemus timere mortē. nā vt dicit Seneca. Nihil ſibi quiſquā de futuro debet promitte re. Id quoqꝫ qd̄ teneť ꝑ manꝰ extra fit ⁊ ipſam q̄ premimus horā caſus incidit. Et iō dicebat ad Lucillū. Propera viuere ⁊ ſingulos dies ſin gulas vitas puta. nā qui hoc modo ſe aptauit cui vita ſua quotidie fu it tota: ſecurꝰ eſt. vt idē dicit li. ix. epiſto. centeſima. ⁊ vt ip̄e dicit epiſto. xxx. Tūc trepidamꝰ cū ꝓpe mortē eſſe credimꝰ. qn̄ eniꝫ ꝓpe nō eſt pa rata oībꝰ locis oībuſqꝫ momētis: Ideo nō mortē timemꝰ: ſꝫ cogitatio nē mortis. ab ip̄a eniꝫ ſemꝑ tantūdē abſumus itaqꝫ ſi timēda eſt mors ſemꝑ timēda eſt. qd̄ eniꝫ tēpus morti exceptū eſt: ſtat q̇dē terminꝰ nobis vbi illū inexorabilis factoꝝ neceſſitas fixit. Sꝫ nemo ſit noſtrū q̄ꝫ ꝓpe verſeť terminꝰ. ſic itaqꝫ formemꝰ animū tanq̄ ad extrmū vētuꝫ ſit nihil differamꝰ quotidie cū vita paria faciamꝰ: ergo ſi qn̄cūqꝫ mors timetur ſtatiꝫ cōfitēdū eſt: cū ſemꝑ timeať mors: ſemꝑ ſtatiꝫ cōfitēdū eſt. maxie qꝛ tp̄e ſanitatis dꝫ quilibꝫ cōfiteri: ⁊ nō dꝫ expectare tēpus mortis vel infirmitatis: qꝛ tūc nō exiret ſecurꝰ. vt dicit. Aug. in. c. nullus expectet. j. di. vij. ⁊ ſm qd̄ dicit Boeti. li. iiij. metro. iiij. Si mortē petitis ꝓpinquat ip̄a: nec volucres remorať equos. ⁊ Seneca. pr̄ia tragedia. nemo taꝫ di uos habuit fauētes ꝙ craſtinū ſibi poſſint polliceri. Et qn̄ q̇s hꝫ bonā oportunitatē ꝯfitēdi dꝫ itelligere ꝙ poſtea nō habebit maiorē oportu nitatē. nā regla ē ꝙ i his in q̇bꝰ aie periculū vertiť: dubia in deteriorē ꝑtē debemꝰ p̄ſumere. vt notat glo. in. c. vnico. de ſeru. Et forte oportūi tatē aliā nunq̄ āpliꝰ habebit: ſm id qd̄ dicit Ouidiꝰ i li. de faſtis. Oia

ſunt hoīm tenui pēdētia filo: et ſubito caſu q̄ valuere ruūt. Ideo habi ta bōa oportunitate: nō dꝫ q̇s ampliꝰ expectare: ſꝫ dꝫ ad cōfeſſionē q̄ꝫ citius poterit feſtinare. Ex p̄dictis ergo elicio duas p̄mas q̄ſtiōes.

## Prima concluſio.

¶ Decretalis omnis vtriuſqꝫ ſexus negligentes punit: ⁊ nulli licentiā differendi confeſſionem concedit.

## Secunda concluſio.

¶ Contritus nō valēs cōfiteri: moriēs ſaluatur: ꝙ valenti ⁊ differenti etiam cū quadrageſimali tantū propoſito in mortali moriēti negať.

¶ Et q̄ꝫ ꝙ vltima pars huius ſecūde cōcluſionis tutior ⁊ ſecurior aīme videatur: nimis tn̄ rigida eſt: ⁊ ſm ꝙ dn̄s ac dn̄s meus dōnꝰ frater Di dacus de deça ſacre theologie excellētiſſimus ⁊ maximus profeſſor di gniſſimus p̄ſul Salmātinꝰ magiſter altiſſimi ⁊ ſereniſſimi principis dō ni Joannis primogeniti ⁊ vniuerſalis ſucceſſoris oīm regnoꝝ illuſtriſ ſimorum ⁊ ſereniſſimorum regum Ferdinandi ⁊ Eliſabeth chriſtianiſ ſimorum ⁊ inuictiſſimorum confeſſor ⁊ preſidēs: cōſiliarius eiuſdē prin cipis viua voce aſſeruit dictā ſecūdam partem ſecunde cōcluſionis eſſe cōtra cōmunē doctrinā theologoruꝫ: tu tn̄ tene: qd̄ etiam ego teneo qd̄ approbat ⁊ tenet ſacroſancta mater eccl'ia cōcordis ⁊ cōis opinio oīm theologoꝝ: ⁊ ita aſſero corrigo ⁊ emēdo hāc ſcd̄am partē concluſionis prout oīs theologi ⁊ ſancti doctores tenēt credūt ⁊ obſeruant.

¶ Circa octauum q̄ſitū hic intrat quītadecima q̄ſtio i ordine tabule. ſ. qui ſunt effectus confeſſionis. Circa qd̄ aduertēdū ē ad effectus eius confeſſionis qꝛ ſunt magni fructus. ¶ Et dico ꝙ primus effectus con feſſionis eſt: ꝙ quis cōfitēdo pluribus ſacerdotibus de ꝯgruo ſe diſpo nit vt deus inclinet cor illiꝰ ad verā penitentiā: vt ſic grām obtineat re miſſiōis: ⁊ ita pōt exponi capitulū: quē penitet infra eo. ⁊ huic cōſonat ꝙ ibi diciť: tanto facilius cōſequereť grām remiſſionis ſm Richardū in quarto ſententiarum. di. xviij. ¶ Secundus effectus cōfeſſionis eſt: ꝙ cōfeſſio adiūcta abſolutioni ſm ꝙ eſt in voto penitētis liberat a cul pa ⁊ pena eterna: ⁊ aperit paradiſum ſm ſanctū Thomā in quarto ſen tentiaꝝ. di. xvij. ¶ Tertius effectus eſt ꝙ in actu confeſſionis ⁊ abſolu tiōis gratia augeť: ⁊ remiſſio pctoꝝ datur: ſi precedens dolor nō fuiſ ſet ſufficiēs ad ꝯtritionē ſm eundem ſanctum Thomam eadem di.

¶ Quartus effectꝰ ē: ꝙ cōfeſſio ꝑ vi clauiū in tātū diminuit penā pur gatorij: ꝙ remanet proportionata viribus penitentis in hoc mundo vi uentis: ita ꝙ ſatiſfaciendo ſe in hac vita purgare poteſt ſecundum eun dem ſanctum Thomam: ⁊ illam ſatiſfactionem non poteſt facere niſi de mādato ſacerdotis: vt in. c. multiplex ſupra ea. di. ¶ Quintus effectꝰ eſt ꝙ confeſſio habet tantam vim: ꝙ confeſſus: ⁊ abſolutus minus in pur

Margin notes: Xv. q̄ſtio. — Primus effectꝰ cō feſſionis. — Secundꝰ effectus. — Tertiꝰ ef fectus. — Quartꝰ ef fectus. — Quintꝰ ef fectus.

Universidad de Deusto Biblioteca

Sextus effectus. Attēde ꝙ multū prodeſt pluries eadem peccata cōfiteri ad eternā gl'iaȝ

gatorio punieт ꝙ cōtritus tm̄. ſm eundem. ¶ Sextus effecus eſt ꝙ cō
feſſio diminuit penā ex ipſa natura actus cōfitētis qui habet penā eru
beſcētie annexā: ⁊ ideo quāto aliquis pluribus ⁊ pluries de eiſdē pec
catis cōfiteт: tanto magis pena diminuit. Unde toties poſſet aliquis
cōfiteri: ꝙ ab omni pena liberaret. ſm eundē ſanctū Tho. quarto ſen
tentiaꝝ. diſti. xvij. ⁊ hoc ideo eſt: qꝛ in ſcd'a abſolutione augmentū gra
tie confert: ⁊ quāto maior gratia recipit: minus de impietate p̄cedētis
peccati manet: ⁊ ideo minor pena purgatorij debetur. ſm eundē ſequē
ti di. xviij. Hoc tm̄ quod dictum eſt: intelligendum eſt hoc modo: ꝙ tūc
iterata receptio dicti ſacramenti/ illud operatur qn̄ ſeruatur reuerētia de
bita ſacramēto. ſ. ꝙ iteretur cōfeſſio adueniente nouo motu deuotiōis
vel noua erubeſcentia in penitēte reſpectu eiuſdem pcti: ⁊ ꝑ hūc modū
toties poſſet recipi ꝙ remitteret tota pena peccato debita: alias niſi
predicta reuerentia obſeruetur ſacramētum penitentie reſpectu eiuſdē
pcti in numero pluries receptum nō habet efficaciam ex vi clauium ſe
cūdū Richarduȝ. prime diſtinctiōe. xviij. ¶ Et ex ſup̄dictis patet quā
tum vtilis ſit peccata ſemel confeſſa: iterū ⁊ pluries confiteri: ⁊ ideo in
dubio debet quis eadem pcta q̄ confeſſus fuit: iterato confiteri: nam li
cet Hoſtien. in ſumma. titulo de peniten. ⁊ remiſ. in. §. an pcta ſemel cō
feſſa neceſſe ſit iterū cōfiteri. ⁊ tex. Jo. criſoſto. in. c. Nō tibi dico. de pe
niten. diſtin. j. dicant ꝙ non eſt neceſſe: ꝙ ſemel ſacerdoti fuerimus cō
feſſi denuo ꝯfiteamur: niſi in caſibus qui ponūt per Hoſtien. ibi ⁊ per
gloſam in dicto cap̄. Non tibi dico. ſ. propter imperitiā ſacerdotis. Ut
in cap̄. j. ⁊ in cap̄. Placuit. de peniten. diſtin. vj. ¶ Item propter contē
ptum ſatiſfactionis: vt in cap̄. Si apoſtolus. de peniten. diſt. iij. ¶ Iteȝ
propter enormitatē delicti ſi penitēs remittitur ad ſuꝑiorem vt in cap̄.
Significauit. de peniten. ⁊ remiſſione. ⁊ in cap̄. Latorem. xxxiij. q. ij.
¶ Item ſm quoſdam propter diminutionem confeſſionis: vt cum qs
habet plura mortalia ⁊ vnū ꝯfiteт vt in. cap̄. Sunt plures. de peniten.
diſt. iij. Et Hoſtien. addit quintum caſum generalem. ſ. in iſtis caſibus
in quibus ſm quoſdam pcta dicuntur redire q̄ tm̄ non redeunt: ex quo
ſemel dimiſſa ſunt: vt idem Hoſtienſis notat ibi in. §. ſequenti. Tamen
vbicūq; dubium fuerit: debet quis pcta ſemel ꝯfeſſa iterum ꝯfiteri: tuȝ
propter maiorem ſecuritatem anime: tuȝ propter ſupradictas vtilitates
conſequēdas. ¶ Et ex ſupradictis patet: ꝙ ſi aliq̄s propter obliuioneȝ
non fuit ꝯfeſſus aliquod pctm: licet ſacerdos abſoluat ab oblitis: ſi po
ſtea recordatur illius pcti: debet ſpecifice confiteri: quia illud peccatuȝ
nunq̄ fuit ſpecifice ꝯfeſſus: ⁊ ſic in illo non dicitur iterare: ſed nunc de
nouo ꝯfiteri: ⁊ ideo abſolutio ſacerdotis ꝓdeſt in oblitis: quando nūq̄
amplius penitentes recordantur de ipſis: ſed ſi recordantur: non habȝ
effectum abſolutio que fundatur ſuper ipſa obliuione: quia ꝯfeſſiōe ceſ
ſante ceſſat abſolutio: vt eſt tex. in ſimili. in. c. Eos de ſen. excō. libro. vj.

Attēde ꝙ maximam vtilitatem aīe affert ꝙ pcta ſemel cōfeſſa q̄s pluries cōfiteatur.

Quia ceſſante cauſa ceſſat effectus. vt in cap̄. Cū ceſſante. de appel. Et
idem ē dicendum in abſolutione generali q̄ fit in miſſa vel in ſermone: ꝑ
quam dimittuntur pcta mortalia oblita. vt notat Hoſtienſis in ti. de pe
niten. ⁊ remiſſio. in ſumma ſua in. §. de quibus peccatis. Et dixi ī repe
titione orationis vbi tractat de miſſa ⁊ de ꝯfeſſione: que fit in introitu
miſſe: quia illud habet locum: quādo amplius non recordaretur: ſed ſi
recordatur poſtea de pcto oblito: tenet ꝯfiteri ꝑ ſupradicta. ⁊ maxime
debet ꝯfiteri: quando recordatur peccati obliti: quia pro maiori parte
hec obliuio peccati prouenit ex culpa penitentis: quia diſtulit ꝯfeſſio
nem: ⁊ non curauit diſcutere: ⁊ reducere ad memoriam pcta q̄ debuiſſȝ
tenere in ſcriptis: ſicut ſcribit pecunias ſibi debitas. argu. c. Qualis ī fi
ne cum glo. ſi. xxx. q. v. Et qꝛ obliuio peccati prouenit ex culpa penitē
tis non prodeſt illa ꝯfeſſio generalis. vt no. Hoſtien. in dicto. §. de qui
bus peccatis. Et ideo tunc neceſſaria eſt ꝯfeſſio ſpecialis ꝑ ſupradicta
immo de hoc quod q̄ oblitus fuit pcta: debet confiteri poſtq̄ recorda
tur: ⁊ debet dicere obliuionem. Eſt tex. cū glo. vlti. in. c. cū illoꝝ. de ſen
ten. excō. ibi. An ꝯfitenti obliuionem debet credi. ⁊ ſic pctm oblitū poſt
recordationem quilibet confiteri debet: quod vltra ſupradicta probat
ſic. Nam certum eſt ꝙ ſine ꝯtritione/ ⁊ ꝯfeſſione vel ſine altero ipſorum
nō pōt q̄s ſaluari. Tex. eſt in cap̄. Baptiſmi vicem. ad fi. de ꝯſecra. diſti
ctiōe. iiij. Sed de peccato oblito nunq̄ aliquis fuit ꝯtritus nec ꝯfeſſus
ſi poſtq̄ recordatur non conteritur nec confitetur: immo ſi aliquis poſt
q̄ recordatur non confitetur ſpecifice peccatuȝ oblitum: ꝯtemnit ſacra
mentū penitentie: ⁊ ideo non pōt ſaluari. vt dicit tex. in p̄dicto cap̄. Ba
ptiſmi vicem. in fine: ex quo iam non ꝑ ignorantiā/ nec obliuionem: ſed
ex voluntate ſua non agit penitētiam de illo pcto ꝯtra notata ibi in tex.
⁊ in gloſa. Nam tex. ibi dicit. Cuȝ enim ex voluntate alterum. ſ. vel ꝯtri
tio vel confeſſio defuerit reatu hominem inuolui. ⁊ glo. ibi in parte ex
voluntate dicit. Secus ſi ex ignorantia: nam tunc excuſaretur tam diu/
q̄diu durat ignorantia: ⁊ non plus. j. q. j. cap̄. ꝙ pro neceſſitate.
¶ Sunt ⁊ alij effectus magni ipſius ꝯfeſſionis: nam valet confeſſio ꝓ
pter erubeſcentiam ⁊ ꝓpter fidē quam peccator exercet in confeſſione:
qꝛ ꝑ hoc oſtendit ſe credere abſoluendi ⁊ ligandi ptātem datam eſſe ſa
cerdotibꝰ. vt in cap̄. Quodcūq; ligaueris. xxxiiij. q. j. Ualet etiam ꝓpt
humilitatem ⁊ obedientiam quam exhibet mandatis dei: dum flecten
do genua ⁊ iungendo manus humiliat ſe peccator coraȝ ſacerdote. Ua
let etiam propter grām q̄ ei confertur maxime per manus impoſitionē
vt. xxiiij. q. iij. notandum. Quia quaſi impoſſibile eſt quin deus reſpici
at frequēter confitentem. Ualet etiam propter interdictorum: ⁊ amiſſo
ruȝ recuperationē: qꝛ ſacerdos reconciliat gratie diuine: ⁊ reſtituit pec
catorem ad ſacramentorum participationem: vt in cap̄. Multiplex. ⁊ in
cap̄. Nonnulli ſupra ea. diſti. ſcōm Joan an. in predicto cap̄. Omnis

Attēde ꝙ ꝑ cōfeſſionē gn̄alē q̄ fit ī introitu miſſe vł in fine ſermonis dimittūtur mortalia oblita.

Attēde ꝙ pcta oblita poſt recordationē dn̄t cōfiteri.

Attēde ad alios effectus confeſſionis.

Universidad de Deusto Biblioteca

Xvi.q̄ſtio ¶Decima ſexta q̄ſtio eſt: an ſit bonum facere elemoſinam ad redimen-
da pc̄ta confeſſa. ¶Circa quod dicendum ē: ꝙ obſeruatis alijs pluribꝰ
que penitēs debet obſeruare: de quibus latius ĩfra dicet̃ pro pc̄tis cō
feſſis redimendis elemoſinas faciat: vt i.c. Medicina: ⁊ i.c. Medicamē
tum ĩfra. ea. di. ⁊ i.c. Sane cauēdū. de peniten. di. iij. ⁊ orationibꝰ ⁊ ieiu
nijs inſiſtat: nā nō ſufficit cōfiteri: ⁊ mores in meliꝰ cōmutare: ⁊ a ꝑteri
tis malis recedere: niſi etiam de his q̄ facta ſunt ſatiſfaciat dn̄o ꝑ peni-
tentie lamēta vel dolorē / vel ꝑ humilitatis gemitum: per contriti cordis
ſacrificiū coopantibus elemoſinis ⁊ ieiunijs: vt in. c. Non ſufficit. de pe
nitē. di. iij. Et tūc manet ſpiritus ſanctus in cor: quādo elemoſinis / ora
tiōibꝰ / ieiunijs ceteriſqꝫ fructibus ſpiritus inſiſtere deſiderat. vt i cap̄.
querendum in fi. de peni. diſt. ij. Ja. doctor. Ex quibus manifeſte patet
ꝙ ad redimēda pc̄ta confeſſa nimis proſunt lamēta / dolor / gemitꝰ / hu
militatis contritio cordis elemoſine / orationes ⁊ ieiunia: que fiunt tem
pore penitētie: ⁊ poſt in ſtatu gratie. Jaco. doctor.

Xvij.q̄ſtio ¶Decima ſeptima queſtio eſt an ſit bonū ꝯfiteri quolibet anno: ⁊ reci
pere ſacramentū eucharistie in paſcha: indubitatū eſt. Sed qualiter fi-
endum ē. ¶Circa quod dicēdū ē ꝙ penitens quolibet anno tenet̃ confi-
teri oīa ſua pc̄ta proprio ſacerdoti. vt in. c. Omnis vtriuſqꝫ ſexus. de
penten.. ⁊ remi. vel fratri ꝑdicatorum vel minorum electo. Ja. doctor.
Per ſuos miniſtros / priores / ꝓuinciales / ⁊ vicarios: ⁊ gn̄ales / ⁊ pro-
uinciales miniſtros ⁊ cuſtodes: ⁊ ep̄is ⁊ dioceſanis ꝑſentato ad cōfeſſio
nes audiēdas dū tn̄ iſti ſic electi ⁊ ꝑſentati ſint ſufficiētes idonei vita ꝓ-
bati diſcreti modeſti atqꝫ periti ſc̄m formam clementini. dudū. in. §. ſta-
tuimus. de ſepul. Jacobus doctor. Et in paſcha reuerēter euchariſtiā
ſuſcipiat: vt in dicto. c. Omnis. ⁊ hoc adminus: nam ſi potuerit melius
erit ꝙ ter in anno cōmunicet. ſ. in paſcha ⁊ pēthecoſte ⁊ natale dn̄i. vt ĩ
c. ⁊ ſi nō frequētius. de cōſecra. di. ij. ſi mens in affectu peccandi nō ſit.
nā habētes volūtatē peccandi magis grauant̃ euchariſtie ꝑceptiōe ꝙ̄
purificāt̃. vt in. c. quottidie ea. di. Et caueāt hoīes religioſi nec clericis
vel laicis ſacramētū euchariſtie nō habita ſuper hoc preſbyteri parro-
chialis licentia ſpeciali miniſtrare ꝑſumant: alias excōmunicatiōis ſen
tētiā ipſo facto icurrūt dūtaxat ꝑ ſedē apoſtolicā abſoluēdi: quos etiā
locoꝝ ordinarij excōicatos debēt publice nūciare: donec de abſolutiōe
ipſoꝝ eis fuerit facta fides: nulla eiſdē religioſis ſuꝑ hoc exēptiōe: vel
alio ꝑuilegio ſuffragāte. vt ē tex. in cle. Religioſi de priuile. ⁊ ſufficit ꝙ
qn̄ dat̃ licentia religioſo fiat ſpecificatio de ſacramēto: licet non expri-
mat̃ nomen parrochiani vel nomē religioſi: qn̄ datur licētia parrochia
no vt euitet̃ ꝑdicta pena. vt notat glo. ĩ dicta cle. Religioſi. Ja. doctor.
Et qꝛ ſuꝑdictū ē ꝙ quilibet catholicus in quolibꝫ anno in paſcha tene
tur recipere reuerēter ſacramētum euchariſtie: ⁊ qꝛ circa diē perceptio
nis huiuſmodi ſacramēti an debeat fieri eadē die paſche vl' reſurrectio

nis dn̄ice vel in ſeptimana ſc̄ta vel in die iouis cene vel infra octauas re
ſurrectiōis eſt maxima altercatio textuū ⁊ gloſaꝝ ⁊ doctoꝝ. ¶Circa quā
altercationē ſedādā dictus reuerēdus doctor genitor meus poſuit maxi
mā ⁊ lōgā additionē auctoritatibꝰ iuribꝰ ⁊ rationibꝰ fulcitā q̄ ⁊ oīa
dicta ꝑ textꝰ ⁊ gloſas ⁊ doctores: circa ꝑdictū dubiū cū humilima reue
rētia loquēdo maxime dicti genitoris mei credo eſſe ſuꝑflua: et hoc eſſe
deciſum per duo breuia Eugenij pape: tenoris ſubſequētis.

¶Copia cuiuſdam breuis dn̄i pape Eugenij quarti. miſſi
epiſcopo Licienſi. ſuper tempore cōmunionis fidelium.

Copia pri mi breuis

VEnerabilis frater: ſalutē et apoſtolicā benedictionē a fide dignis
perſonis nobis relatū eſt. qd̄ in ciuitate Licij circa materiā gene
ralis cōmunionis aſſumptionis videlicꝫ euchariſtie ⁊ corporis dn̄i nr̄i
Jeſu xp̄i ꝑ diuerſos predicatores varia populo denūciata ſunt propte
rea in mētibus perſonaꝝ vtriuſqꝫ ſexus varie opiniones ſuborte ſunt
q̄ detrimentum atqꝫ periculum animarum eorundem parere poſſent.
¶Cum autē ad nos ꝑtineat ſaluti aīarū ꝓuidere vt oīs peccati atqꝫ
ſcādali materia de medio tollatur. volumus ⁊ fraternitati tue haruꝫ ſe
rie precipimus ⁊ mādamus quatenus a dictis predicatoribus ſi in ciui
tate Licij preſentes fuerint: vel a dicta ciuitate parū remoti ſunt aut ab
alijs predicatoribus auctoritate nr̄a certis diebꝰ ad hoc cōuenientibus
per te eligēdis ⁊ deputādis eadem populo deuote declarare facias. vt
iuxta romane eccleſie ⁊ cōmunionē chriſtiani populi ritū atqꝫ cōſuetu-
dinē fideles vtriuſqꝫ ſexus cū ad annos diſcretionis ꝑuenerint cōfeſſio
ne premiſſa in feſto paſchalis videlicet reſurrectionis domini nr̄i Jeſu
chriſti cū debita reuerētia ſumāt euchariſtie ſacramentum ideſt corpus
dn̄i noſtri Jheſu xp̄i: de conſilio tamen confeſſoris ſiue ſacerdotis eoꝝ
ex rationabili cauſa emanante dicte perſone cōmunionem huiuſmodi
preuenire aut differre poſſint. dūmodo parum temporis ſpacium pre-
ueniendo aut differendo interueniat. Et inſuper volumus vt in dictis
predicationibꝰ hoc preſens breue publice et ſolēniter populo predicto
legi facias: vt predicationes huiuſmodi maiorem auctoritatem ⁊ effica
ciā cōſequantur. Datum Rome apud ſanctuꝫ Petrum ſub annulo no
ſtro ſecreto. Die ſeptima Aprilis: pontificatus noſtri anno. xv.

¶Copia alterius breuis eiuſdē Eugenij ſuper dicta materia
quod fuit datum poſt ſupradictum.

Copia ſe cundi bre uis.

EUgenius papa quartꝰ dilecto filio fratri Jacobo de prima dicijs
de bononia ordinis fratrū minorū ſuper fratres prefati ordinis:
qui de obſeruantia nuncupantur in Jtalia vicario generali. Salutem
et apoſtolicam benedictionem: fide digna relatione percepimus in ci-
uitate Licij non paruam per hec tempora fuiſſe exitatam ſeditionem
de die debite perceptionis ſacratiſſimi corporis dn̄i noſtri Jeſu chriſti
et qd̄ per aliquos religioſos ſit affirmatum: non cōmunicantes actua

Universidad de Deusto Biblioteca

liter in die reſurrectiōis dñice mortaliter peccare: etiā ſi in die iouis ſancti et alijs quibuſcūq; diebus infra annū pluribus ⁊ frequētatis vicibus cōmunicaſſent: qḋ pijs auribus audire eſt moleſtū. ¶ Recolimus enī alias ꝑ quoddā noſtrū breue ſcripſiſſe venerabili fratri nr̄o ep̄o Licēſi: qḋ intelligebam⁹ ſatis factū eſſe: mirati itaq; ſumus ꝙ poſtmodū noua cōtrouerſia reuiuiſcit: ſed inimic⁹ hō ſemꝑ ſupſeminat zizaniam. ¶ Nos igitur cupiētes purgatū triticū in horreū domini congregari: ⁊ inutilibus cōtentionibus finē dare: attēdentes iuxta doctrinā beati Auguſtini: ꝙ ſolēt circūſtantie ſcripturaꝝ illuminare ſubſtantiā veritatis: et nō ſolū adiacētia ſed etiā precedētia ⁊ ſequētia verba ſunt attendenda prudēti, cuꝫ dicat canon eccleſie. Omnis vtriuſq; ſexus: fidelis ſaltē ſemel in anno cōfiteatur: ⁊ infra. Suſcipiēs ad minus in paſcha eucharistie ſacramentū. et ſequit̄: niſi de proprij ſacerdotis cōſilio ob aliquā rationabilē cauſam ad tēpus ab eius perceptione duxerit abſtinēdum. Dicimus expreſſe nō eſſe intētionis legiſlatoris: animas illaqueare fideliū ſub culpa mortali ad cōmunicādū: preciſe in die reſurrectiōis ſed terminum ſtatuiſſe a paſcha cuꝫ dicit. Semel in anno: et infra. adminus in paſcha: niſi ⁊c̄. mens eniꝫ magis q̄ verboꝝ ſonus eſt attēdēda diſcretis. Intelligim⁹ itaq; optimo iure ſatiſfactū eſſe canoni: ſi in hebdomada ſcīa vel infra octauas paſche reſurrectiōis dñice: ſcd̄m meliorē diſpoſitionē cōſciētie: euchariſtie pign⁹ accipiūt: ⁊ cū dn̄o paſcha celebrēt ad ſalutē. Et huic ſentētie oēs volum⁹ acquieſcere: quare deuotioni tue cōmittim⁹: vt predicta vbi oportere intelligas populis nota facias. Datū rome ⁊c̄. Et ſic manifeſte patet om̄ibus opinionib⁹ altercatiōibus doctoꝝ ⁊ gloſaꝝ qui in iſta materia loquūtur: non obſtātibus dictū dubiū ⁊ dictas altercationes ⁊ opiniones eſſe determinatū ⁊ deciſas quēlibet catholicū ſatiſfacere iuribus ⁊ rationibus dicētibus debere cōmunicare in paſcha. ſ. illū qui a die lune ſeptimane ſancte incluſiue vſq; ad dominicā in albis etiam incluſiue: et in quolibet dictoꝝ dierū in quibus pōt cōmunicari dicit̄ cōmunicari in paſcha: ſi cōmunicauerit in aliquo dictorū dierū. Jacobus doctor beneuētanus.

Xviij. q. ¶ Decima octaua queſtio eſt. An ſit bonū pro redimēdis peccatis ⁊ penitētijs peccatoꝝ recipere indulgentias. Circa qḋ dicendū eſt: ꝙ penitēs poſtq̄ obſeruauerit obſeruanda: de quibus dicetur in actibus penitentiū: lucretur ⁊ acquirat omnes indulgentias quas poterit acquirere ⁊ lucrari: implendo illa que impleri debent pro eis acquirendis ⁊ lucrādis. Et ſic poterit acquiri ⁊ lucrari indulgētias cōceſſas in cle. vna de reliquijs ⁊ vene. ſancto. Jo. do. et indulgentias conceſſas per dictū Eugeniū quartū. Omnibus intereſſentibus horis canonicis ⁊ miſſis et alijs diuinis officijs in vigilia ⁊ feſto et octauario corporis chriſti: ⁊ omnibus celebrātibus vel aſſumentibus euchariſtiā: et facientibus ꝑ alios celebrari in dicto feſto ⁊ octauario. et cōcomitantibus cum lumine ⁊ ſine lumine dictum corpus xp̄i in dicto feſto ⁊ alias, cum ducit̄ ad infirmos. de quibus ī dicta bulla Eugenij quarti: q̄ litteraliter poſita eſt in volumine decretoꝝ moraliū ſuꝑ parte. corpus xp̄i. Et etiam indulgentias conceſſas per Clementē ⁊ ꝑ alios Romanos pōtifices: ſignanter ꝑ Sixtū. iiij. viſitātibus limina apoſtoloꝝ petri ⁊ pauli: de viceſimo quinto in viceſimum quintū annū: ⁊ etiā alias indulgētias cruciate: ⁊ de pluribus alijs fiet q̄dā cōpilatio per ſe ⁊ imprimetur ad vtilitatē ⁊ profectum omnium catholicorum: vt omnes catholici diſcant qualiter poſſunt acquirere regnum dei: ſicut ſciunt ⁊ inquirunt plures modos acquirendi pecunias ⁊ alia bona temporalia aliquando forte in condēnationē animarum. Jacobus doctor. nam licet glo. dicte cle. vni ſuꝑ parte confeſſionis dicat quis eſt vere penitēs ad lucrandū veras indulgētias ⁊ laudabimus. Tamē non ē dubiū ꝙ penitēs q̄ obſeruauerit dicenda in actibus penitentiū vere penitēs ē. ⁊ illas ⁊ alias ſimiles indulgentias lucrari poterit. Nam precipue facit aliquē vere penitentē: ſcꝫ preterita pc̄ta plangere ⁊ propoſitum nō committendi alia pc̄ta habere: ⁊ quod non negligat ſatiſfacere. vt notat glo. in dicto. §. ſed verba. ⁊ tex. in. §. ſiue autem. ⁊ in. c. inter hec. ⁊ in. c. Judas. cum capitulis ſequētib⁹. ⁊ tex. cū glo. ſuꝑ parte diſſimulat. in. c. penitētiā q̄ppe agere. de peniten. diſti. iij. Debet ergo dictus penitēs lucrari indulgētias quas poterit: vel ad releuationem iniūcte penitentie. vel abſolutionē ſuꝑ habundantis penitentie. Nam tanto tempore in purgatorio a pena releuabitur: in quanto tempore fuerit ſibi facta indulgētia: ſm̄ ea que notantur per glo. ⁊ Inno. ⁊ Jo. andre. ⁊ per alios doctores. in c. quod autem. de peniten. ⁊ remiſ. Ja. doctor.

¶ Decimanona queſtio ē: que eſt penitentia publica. Circa quod dicēdum eſt ꝙ publica penitētia ē cum alicui iniungitur peregrinatio cum baculo cubitali ⁊ cū pera benedictis. vt. xxx. q. j. i. c. ſiq̄s ſacerdos: vel cum aliquo genere veſtis. vt in. c. ſi quis virorū. xxx. diſtin. ⁊ in. c. per ſimoniam. xlj. diſtin. ⁊ in. c. fi. xx. q. j. Et hanc penitētiam ſacerdos pōt iniungere: cum non ſit ei prohibitum argumento. c. penitētes. l. diſti. vbi hoc videt̄ expreſſum. ⁊ in. c. ſi quis preſbyter. xxx. diſtin. vbi hoc etiā ē expreſſum. ⁊ in. c. in capite. l. diſt. ⁊ ī pricipio: ibi dum dicit tex. ſuſceperunt: ⁊ hec penitentia nō imponit̄ niſi pro graui crimine. vt in. c. ſacerdos. de penitē. diſtin. vj. Et hanc penitentiam ſedes apoſtolica nemini agendā idicit niſi in eo loco in quo curia romana reſidet: ⁊ tunc ſolū ꝓ homicidio ⁊ ſilib⁹ enormibus criminib⁹ penitētiarij dn̄i pape faciūt penitētes nudos triduo vel pl⁹ vel min⁹ icedere ꝑ oēs eccl'ias ciuitatis in qua ē curia ⁊ non alibi: quo facto remittūt eos tunc ad ſuos epiſcopos vt cōſideratis debitis circūſtātijs eis indicant penitētiā ſalutarē. Xix q̄ſtio.

¶ Viceſima q̄ſtio ē: que ē ſolēnis penitētia. Circa quod dicendum eſt: ꝙ ſolēnis penitentia ē que fit in tp̄e quadrageſime cum ſolēnitate que Xx q̄ſtio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

eſt in p̄allegato capitulo in capite.l.di.ꝛ hec pn̄ia a ſolo ep̄o imponit̄:
vt ibi h̄r̄:ꝛ ſic intelligit̄.c.accedentibus.de exceſſi.p̄la.ꝛ.c.peruenit.
ꝛ.c.ſequens.vj.q.j.licet littera dicat ibi de publica: q: ſepe in iure pu=
blica ponit̄ pro ſolēni ꝛ ecōuerſo vt ibi notat̄:ꝛ in.c.ſi ille.l.di.ꝛ in.c.
de penitētibus.de cōſe.di.iij.Et hec penitētia imponit̄ pro oppreſſio=
ne filioꝝ:vt in.c.q̄ſitū de penitē.ꝛ remiſ.ꝛ breuiter imponit̄ pro omni
vulgatiſſimo crimine totā vrbē vel villā commouente:vt in.c.vlti.xxvj.
q.vj.q: notoria debent penitētes epiſcopo publice cōfiteri: vt in.c.in
Attende q̄ ſimplex ſacerdos poſſit īponere pn̄iam ſolēnem. actione.ꝛ in.c.ſequē.ꝛ i.c.quem penitet in fi.de peniten.di.j.¶Circa
qd̄ ſciēdū ē q̄ ois penitētia ſolēnis eſt publica ſed nō ecōtra.Sʒ circa
hoc q̄rit̄.nūq̄d ſimplex preſbyter pōt hāc penitētiā ſolēnē indicere:q̄=
uis dictā ſolēnitatē p ſe neq̄at adhibere:ꝛ q̄dā dicūt q̄ ſic argu.p̄dicto
c.i capite.l.di.Sʒ ſpeculator tenʒ cōtrariū:ꝛ iſta eſt veritas q̄ ſimplex
p̄ſbyter nō pōt hāc penitētiā īdicere: etiā ſi haberet ab ep̄o ſpecialē po
teſtatē quo ad p̄mā deiectionē eccl̄ie: et quo ad vltimā īroductionē ſi=
ue recōciliationē in eccl̄ia: cū p̄ma deiectio ꝛ vltima introductio ſint or=
dinis ep̄alis ꝛ iuriſditionis.vt in.c.vlti.in.§.j.ꝛ.ij.xxvj.q.vj.ꝛ in.c.cor
ep̄i.lxviij.di.ſʒ ſi penitētia ſolēnis p aliquos annos vel tēpus eſt dura=
tura medie deiectiōes ꝛ īroductiōes ſolēnis penitētis: poſſunt fieri p
ſimplices p̄ſbyteros qui habeāt ſup hoc p̄tātē ſpecialē ab ep̄o.vt no.
in dicto.c.de penitētib⁹.de cōſe.di.iij.ꝛ in di.c.in capite.
Xxi.q̄ſtio ¶Uiceſimaprima q̄ſtio eſt:q̄ ē penitentia priuata.ꝛ eſt dicēdū q̄ priuata
pn̄ia ē q̄ p occultis pc̄tis imponit̄:q̄ ſunt preſbytero cōfitēda:ꝛ ab eo
eſt pn̄ia iniūgēda: vt i.c.p̄ſbyteri.xxvj.q.vj.ꝛ i.c.ſi peccauerit.ij.q.j.ꝛ
fallit in caſib⁹ ſupioribus reſeruatis:de quib⁹ inferius plenius in iſto
tractatu in actib⁹ penitētiū ꝛ in actibus ꝯfeſſoꝝ habetur.Jo.doctor.
¶Uiceſima ſc̄da q̄ſtio ē q̄ ſunt peccata mortalia ꝛ q̄ venialia:ꝛ quōmō
Xxij.q̄ſtio pc̄tm̄ veniale efficit̄ mortale.Circa quod dicēdū eſt q̄ pc̄a quedam di=
cuntur mortalia:quedaʒ dicuntur venialia.¶Circa primū dico q̄ pec
cata mortalia quedam dicuntur mortalia ꝛ capitalia:ꝛ quedam dicunt̄
mortalia tantuʒ:ꝛ capitalia ſunt vndecim.¶Primū eſt peccare in fide
trinitatis.xxij.q.ij.c.j.ꝛ.xxxij.q.vj.quid in oīb⁹.¶Secundum eſt pec=
catū contra naturā.vt.xxxij.q.vij.flagitia.¶Tertiū eſt homicidium:
quod ē terribilius omni peccato.l.di.placuit.¶Quartū eſt crimē leſe
maieſtatis.lxxix.di.ſiq̄s.vj.q.j.Siquis cū militib⁹:ꝛ.iij.q.v.accuſatio
nib⁹.¶Quintū ē crimē ſacrilegij.ſ.cum aliquis fregerit eccleſias violē
ter.ij.q.j.in primis.xvij.q.iiij.ſiq̄s in atrio.ꝛ in.c.frater.ꝛ in.c.ſiquis
ſuadente.¶Sextū ē inceſtus.iij.q.iiij.cōſanguineoꝝ.xxxv.q.iiij.de in
ceſtis ꝛ ea cauſa.q.viij.opus ſalubriter.¶Septimū ē ꝯſpiratio:vt in.
c.ꝯſpirationū.ꝛ i.c.qui clerici:ꝛ in.c.ſiqui clericoꝝ.xj.q.j.¶Octauū
eſt adulteriū:qd̄ eſt deteſtabile in vtroq̄ teſtamēto.vt.xxxij.q.vij.§.q̇d
in omnibus:ꝛ ea cā.q.iiij.nemo.¶Nonū eſt falſum teſtimoniū:quod
lege diuina ꝛ canonica eſt prohibitū.vt probatur.xxij.q.iiij.Non per
iurabis:qd̄ eſt extractū de leuitico.et.vj.q.j.Quicūq̄.ꝛ de crimine fal
ſi.c.j.et.xj.q.iiij.c.quiſquis.¶Iſta ſūt criminalia maiora accuſatiōe ꝛ
dānatione digniſſima.lxxxj.di.c.j.¶Decimū eſt crimē ſimonie: cui om
nia crimina pro nihilo reputātur.vt in.c.tanta.de ſimo.ꝛ j.q.vij.c.ſi.
Eſt enim damnatuʒ crimen in vtroq̄ teſtamento.vt.j.q.j.qui ſtudet.
¶Undecimū eſt crimen vſure:qd̄ eſt deteſtabile in vtroq̄ teſtamento.
vnde in ezechiele.Uſuraʒ ꝛ oēm ſuperhabundantiā non accipietis.et
Dauid querit.Quis habitat in tabernaculo tuo: qui pecuniam non de
dit ad vſuram.ad idem de vſuris.quia in oīmbus.ꝛ.xiiij.q.iij.pleriq̄.
¶Peccata vero mortalia q̄ nō ſunt criminalia vel capitalia ſunt:ſuper Tertia p̄s.
bia.Supbi eniʒ patiūtur iſtas q̄litates.ſ.vitiū elationis: inferiores de
ſpitiētes:et ſupioribus vel paribus ſatagūt dn̄ari.vnde in libro ſapiē= Attende q̄ ſūt peccata mortalia ꝛ q̄litates eoꝝ.
tie.Intollerabilis eſt omnis ſuperbus habitu ſuperfluus: inceſſu pō=
ſitus:ceruix erecta:facies vaga:truces oculi:de loco certat ſuperiori.
Sentētias ſuas ꝛ verba ꝛ facta iactat: et reuerētiā in obſequio nō ob=
ſeruat.ideo cōtra ſupbū ſcribitur Job.xx.c.Si aſcēderit vſq̄ ad celum
ſuperbia eius:et caput eius nubes tetigerit: quaſi ſterquiliniuʒ in fine
perdetur.Ja.doctor.de quo ait propheta in pſalmo.Noli emulari.vi= Pr̄ia.q.
di impiū ſuperexaltatū ꝛ eleuatū ſicut cedrus libani et tranſiui: et ecce
non erat: et queſiui euʒ ꝛ non eſt inuētus locus eius.Jacobus doctor.
¶Secundum peccatū mortale eſt inuidia:et dico q̄ inuidia eſt quedaʒ
arbor.cuius radix maliuolētia:cuius frōdes ira et odium:cuius flores Sc̄da.q.
irriſio ꝛ deriſio:cuius fructus emulatio ꝛ detractio: cuius folia liuor et
palor:et quē aſpicit deſpicit:ꝛ quē deſpicit interficit ꝛ corrōpit.xix.di.
ſc̄dm.xxiij.q.iij.quam magnum.¶Tertium peccatū mortale eſt Ira. Tertia.q.
ꝛ an ira ſit mortale peccatū Circa qd̄ dicēdū eſt q̄ quedā eſt ira perſeue
rās.et iſta talis eſt peccatū mortale:vt dicit tex.in.§.Criminis appella Attēde q̄n ira eſt peccatuʒ mortale ꝛ quādo vēiale.
tio.et in.§.alias ea demū.xxv.di.tamē iracundia eſt proprium nomen
vicij ſiue criminis: ira vero eſt ipſuʒ peccatū.Si vero ira non peruenit
ad conſenſum rationis:nec perſeuerat ſed tranſit abſq̄ eo qd̄ ponat̄ in
opere:peccatū veniale eſt vt infra dicetur.¶Quartuʒ peccatū mortale quarta.q.
eſt gula.Circa qd̄ queritur: an ebrietas ſit peccatuʒ mortale.Circa qd̄
dicendum eſt:q̄ ebrietas quandoq̄ non eſt peccatum:et quandoq̄ eſt
peccatum veniale: et quandoq̄ poterit eſſe peccatum mortale: ſc̄dm
diuerſas cōſiderationes.Unde poteſt ebrietas tripliciter conſiderari.
Quandoq̄ dicitur ebrietas paſſio:quādoq̄ actio.¶Quandoq̄ dicit̄
qualitas.Ebrietas q̄ dicitur paſſio nō eſt aliquod peccatū:ſed eſt pena Pr̄ia.q.
ſcʒ obliuio:que in ebrio cū iaceat ſemiuiuus et quaſi ſepultus: quia ita
afficitur vt nihil ſentiat: et in hac ſignificatione accipitur.xv.q.j.ſane. Quō ebrietas nō ē peccatū.
Et poteſt intelligi quādo homo ſumit vinū ꝛ neſciens potentiam vini
tamē bibit in tāta quātitate q̄ inebriat̄, nō tamē putabat nec erat veri

Universidad de Deusto Biblioteca

ſimile quātitatē vini eſſe imoderatā: iſto caſu nō eſt pctm̄ etiā veniale. ꝛ
ſic vino creditur proceſſiſſe in Noe. xxxv. di. ſexto die. et tenet ibi archi.
Quādoqꝫ ebrietas dicit̄ actio. et tunc dicit̄ ipſe actus inebriādi. ſ. quo
quis ſe inebriat. ꝛ iſte act⁹ quādoqꝫ eſt venialis: quādoqꝫ eſt mortalis.

*Scḋa. q. Quō ebrietas ē peccatū veniale.*

¶ Venialis eſt cū quis ignorās vires vini parum bibēdo inebriatur.
¶ Mortalis eſt enim cū immoderate bibēdo inebriatur: et etiā cum pa
rū bibēdo inebriatur: ſi ex certa ſciētia hoc faciat: puta ſciēs vires vini:
et ꝙ modicū vinū inducit in euꝫ ebrietatē: nihilominus ipſe bibit: tunc
etiā eſt mortale. quia talis vult ebrietatem incurrere poti⁹ ꝙ̄ a vino ab
ſtinere: ꝛ talis proprie dꝛ ebrius: qꝛ ſcḋꝫ hoc ſciēs ꝛ volēs priuat ſe ſen
ſu ratiōis: quo ſeruitutē operat̄ ꝛ in pcc̄a declinat: ꝛ ſic peccat mortali
ter periculo ſe cōmittēs: ſcḋm hug. ꝛ archi. in dicto. c. ſexto die. xxxv. di.

*Tertia. q. Quō ebrietas ē peccatuꝫ mortale.*

Ebrietas vero qualitas: eſt habitudo mētis iniuſte. i. mala q̄litas ani
mi. ſ. qua hō ita diſponit̄: vt ſemꝑ ſit facilis ꝛ paratus ad inebriandū:
hoc vitiū eſt mortale: ꝛ hoc dꝛ aſſiduitas inebriādi: qꝛ ex ea ita diſponit̄
quis vt aſſidue velit inebriari: ꝛ de hac pōt intelligi qḋ hic dꝛ: ꝙ ebrie
tas eſt mortale ſi ſit aſſidua. i. aſſiduus habit⁹ inebriādi. ꝛ de iſta etiam

*Attēdeqn̄ dicit̄ quis ꝓprie ebrius.*

pōt intelligi tex. in. c. eṗs. xxxv. di. vbi dꝛ ꝙ ebrietati inſeruiēs eſt depo
nēdus. Et ita eſt dicēdū de crapula ꝛ cibo ꝛ de alijs ꝑtinētib⁹ ad eſum
carniū ſicut dictū eſt de potu: qꝛ crapula ꝑtinet ad cibū: ebrietas ad po
tū: qꝛ īmoderate comedēs aſſidue ꝛ ſciēter: vt ſciat ſe ꝑuenire ad vomi
tū: peccat mortaliter. Si tn̄ ignorāter ꝛ nō aſſidue: ꝛ non cū intētione ſe
crapulādi: peccat venialiter. Differētiā aūt inter crapulā ꝛ ebrietatē: et
de deriuatione ꝛ ꝓprietate hoꝝ nominū ponit glo. vnica in. c. a crapu

*Quīta. q.*

la ꝛ ebrietate. de vita ꝛ ho. cle. ¶ Quintuꝫ pctm̄ eſt. ſ. accidia: et an acci

*Attēde qḋ ē accidia.*

dia ſit pctm̄ mortale. dicendū eſt ꝙ accidia eſt quedā triſtitia aggrauās
que ita deprimit animuꝫ hominis: vt nihil ei agere liceat. Sicut ea que
acida frigida ſunt. ideo accidia importat quoddam tedium operandi.

*De peccato accidie q̄ hꝫ tres q̄ſtiones.*

¶ Unde aut talis triſticia eſt ex eo ꝙ aliq̄s cogit eū bn̄ agere ꝛ implere
opera virtutis q̄ facere nō tenet̄. et tūc nō eſt pctm̄ accidia: aut triſticia
eſt circa illa q̄ imminēt faciēda propter deū: ꝛ tūc pōt eſſe pctm̄ veniale

*Pria. q.*

ꝛ pōt eſſe mortale. ¶ Unde ſi quis habet triſticiā de bono ſpūali ad qḋ
artat̄. ꝛ talis triſticia nō pertingit vſqꝫ ad cōſenſuꝫ rōnis ꝓpter imper

*Scḋa. q.*

fectionē actus eſt pctm̄ veniale: ſicut in genere adulterij cōcupiſcētia: q̄
cōſiſtit in ſola ſenſualitate eſt veniale peccatū. ſi tamē ꝑuenitur vſqꝫ ad
conſenſum rōnis: eſt peccatū mortale. ita ꝛ motus accidie cū eſt in ſola
ſenſualitate: vt qn̄ eſt ꝓpter repugnantiā ſenſualitatis ad ſpiritū: tunc

*Teria. q.*

eſt peccatū veniale. Quādocūqꝫ vero pertingit vſqꝫ ad rationem q̄ cōſi
ſtit in fuga ꝛ horrore ꝛ deteſtatiōe boni diuini: carne oīno cōtra ſpūm
ꝑualēte: tūc manifeſtū eſt ꝙ accidia eſt pctm̄ mortale ſcḋm tho. ꝛ archi.

*Peccatū mortale ē luxuria.*

in. d. §. alias aūt ¶ Sextū peccatū mortale eſt luxuria. circa qḋ queritur
an marit⁹ cognoſcēs vxorē peccet mortalit̄ vel nō. ꝛ eſt dicēdū ꝙ ſi ma
ritus exact⁹ ab vxore eā cognoſcit nullū pctm̄ eſt. vt i. c. Si dicat. xxxvij. *Sexta. q.*
q. v. Si vero marit⁹ cognoſcat vxorē cauſa explēde libidinis peccat mor *Septīa. q.*
taliter. vt in. c. Origo. xxxij. q. iiij. ¶ Auaricia eſt ſeptimū pctm̄ mortale

*Septimū peccatum mortale ē auaricia.*

Et ſic ſū expedit⁹ de prima q̄ſtiōe. ſ. q̄ ſūt pcc̄a mortalia pars. xxij. q̄ſtio
nis. Scḋa eſt q̄ ſūt pcc̄a venialia: ꝛ eſt dicēdū ꝙ pcc̄a venialia ſūt aſſidu
us ocioſus ſermo: imoderat⁹ riſus: vel pctm̄ cure familiaris: ſimilit̄ mi
litia: mercatio: ꝓcuratio: ſiue adminiſtratio aliq̄ q̄ vix ſine pcc̄o fiūt. vt ḋ
¶Xxiiij.q.eſt qui ſūt caſus ſpecialiter reſeruati ep̄o.Sꝫ hoc fallit in caſib⁹ ep̄o reſeruatis in quib⁹ ſimplex pꝛeſbyter nō pōt iniūgere pnīam.ſed ꝯfitētes ſūt ad ep̄m remittēdi q̇ caſus ep̄o reſ̄uati ſūt iſti ſcd̄ꝫ hoſti. xxiiij.

¶Primus caſus eſt in ſolēni penitētia imponēda vt ſupꝛa dictū fuit.

¶Scd̄s caſus eſt in excōicationib⁹ pertinētibus ad ep̄m.

¶Tertius caſus eſt in quacūqꝫ irregularitate cōtracta.

¶Quart⁹ caſus in incēdario.ī.c.ſi q̇ſ mēbꝛoꝝ.⁊.c.peſſimū.xxiij.q.vlti.

¶Quintus caſus eſt in crimine publico.ſicut in blaſphemante:vt in.c.ſtatuimus.de maledic.

¶Sextus caſus eſt in voto.in.c.j.de voto.

¶Septimus caſus.ſi ipſe epiſcopus audiuit cōfeſſionē de aliquo peccato.in.c.inferioꝛ.xxj.di.

¶Octauus caſuſ eſt:ſi ſit cōſuetudo in aliquo epiſcopatu ꝙ ep̄s certa crimina audiat vel ꝙ ſibi retineat certoſ caſus.Sicut de penitētib⁹ q̇ filioſ oppꝛimūt.De homicidijs.de ſacrilegijs.de falſarijs.de violatoꝛib⁹ eccleſiaꝝ ⁊ imunitatis ⁊ libertatis eccleſiaſtice.de ſoꝛtilegijs.de vicio ꝯtra naturā ⁊ maxime cū bꝛutis.de inceſtu.de coꝛruptiōe ſc̄timonialiū.de ablatoꝝ vel illicite acq̇ſitoꝝ reſtitutiōe.de ꝑiurijſ.de clādeſtine ꝯtra hētib⁹:⁊ de alijs enoꝛmib⁹ q̄ ꝯſuetudo generalis ⁊ ſpecialiſ ep̄is reſeruauit.In q̇b⁹ etiā ep̄i aliquotiēs mittūt pc̄toꝛes ad ſedē ap̄licaꝫ ꝓpter enoꝛmitatē ipoꝝ criminū.⁊ aliquotiēs ad terroꝛē.⁊ glo.in.c.ſi ep̄s.eo.titu.li.vj.poſuit.xv.caſus ep̄o reſeruatos.Spec.in repertoꝛio iſto titu.poſuit iſtos caſus ſequētes.Coiens cū moniali conſacrata virgine vel coꝛrupta.Vel mulier coiens cū religioſo.Verberans patrē vel matrē.Defloꝛatoꝛ virginis vi oppꝛeſſe vel ſeducte.Vir vel mulier que moꝛtem coniugis machinat̄.Abutenſ criſmate ſeu euchariſtia vel re ſacra.Aut furtum in eccleſia faciens et etiā clericus cuius negligētia hoc ꝯtingit.Baptiꝫans pꝛopꝛiū filiuꝫ ſine neceſſitate vel ad baptiſmū vel confrmationē cum tenēs.Fractoꝛ voti ⁊ cōtrahēs poſt votum caſtitatis.Cōtrahēs vel cōtinēs vel religionē intrās inuita vxoꝛe poſt copulā ſubſecutā.Maleficus ꝯfeſſus ſe credidiſſe hereticā pꝛauitatē.Simoniac⁹ quocunqꝫ genere.Celebꝛās excōicatus ſolēniter in eccl'ia.Promotuſ vel oꝛdinat⁹ ab alieno ep̄o ſine licētia ꝓpꝛij ep̄i.Homicida facto verbo vel cōſenſu niſi ſe defendēdo:vel niſi in furtū faciente occiſo.In eccleſia maxime ꝯſecrata luxuriā cōmittēs.Coiens cū iudea.Cōcipiēs filiū a nō viro quē vir credēs filiū ī pꝛeiudiciū alioꝝ heredū heredē inſtituit vt in.c.officij.ifra de penitē.⁊ re.Procurāſ aboꝛtū vel ſterilitatē in ſe vel ī alia Attēde ꝙ ep̄i ēt ī aliquib⁹ caſibuſ reſeruatiſ.mittūt pecatores ad ſedē ap̄licā.ſilicet in ſeq̄ntib⁹.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cōtrahēs matrimoniū poſt ſpōſalia cū alio iuramēto iuſpoſito cōtra-
cta. Excōicatꝰ a iudice nolēs exire eccliaꝫ ⁊ diuinū officiū turbāſ. Sciē
ter celebrās in eccl'ia iuſdicta. Sortilegꝰ diuinꝰ. Demones inuocās ꝓ
furtis: vel ꝓ mulieribꝰ: vel quocūq; modo. Sciēter corpuſ excōicati in
cimiterio ſepeliēs. excōicatꝰ a canone in caſibus in q̇buſabſoluere pōt
iuxta notata in. c. ꝑuenit. īfra de ſentē excō. Clādeſtine ꝯtrahēs. Publi
cus criminoſus ⁊ blaſphemator. Itē niſi ipſe ep̄s audiuit ꝯfeſſionē de
aliquo pctō. vt in. c. inferior. xxj. di. Itē ꝓ oppreſſiōe filioꝝ ſtudioſe vel
negligēter. Pro ſacrilegio ⁊ incēdio. Pro crimine falſi ſiue in lr̄is ſiue ī
teſtimonio cōmiſſo. Pro violatiōe eccliaꝝ ⁊ imunitate ⁊ libertate ip̄aꝝ
Pro quolibꝫ vicio ꝯtra naturā ⁊ maxime in brutis. Pro quolibet ince
ceſtu. Exiſtēs in ſacris ⁊ idem de alijs ſcōm alios. Coiens cū ea quam
baptizauit vel cuiꝰ ꝯfeſſionē audiuit Excōicatꝰ ab ip̄o ep̄o vſurariꝰ. Ce
lebrās i altari nō ꝯſecrato vel ſine ſacratis indumētis vel ornamētꝭ. Ce
lebrās nō ieiunꝰ. Itē ꝓ ablatoꝝ vel ſubtractoꝝ vel alias illicite acqui
ſitoꝝ reſtitutiōe. Itē vbicūq; ſolēnis penitētia eſt iniūgēda vt ſup̄. ve-
rūtamē dicit ipſe ſpeculus ꝙ tot caſus ponere nihil aliud eſt quā pote-
ſtatē ſacerdotū reſtringere q̄ in his eſt ſibi plenarie attributa vt ſ̄ in pri
cipio dictū fuit. Ideo breuiter dicēdū eſt ſcōm ſpec. ſac̄dotes oia poſſe i
occultis quo ad forū penitēciale q̄ ſpecialiter nō ſūt in iure ep̄is reſer-
uata vel q̄ nō ſunt ipſiſ ſacerdotibꝰ directe vel ꝑ aliquā ꝯſequētiā inter
dicta vt in. c. at ſi clerici. de iudi. ⁊ in. c. nuper. de ſetē. excō. ⁊ in. c. inter
corporalia. de trāſlatio. ep̄i: vel electi. Hoc aūt tenendū eſt ſcōm ſpec. ꝙ
vbicūq; fuerit graue vel enorme delictū: tūc iudiciū ſuꝑioris eſt requirē
dū. vt in. c. cum illoꝝ de ſentē. excō. vt patet in multis caſibus de predi-
ctis. Et vbicūq; difficultas vel ambiguitas inciderit ꝓpter impericiaꝫ
ſac̄dotiſ vel ꝓpt̄ caſuſ grauitatē. vt in. c. ꝑ venerabilē. Qui filij ſūt legit.
⁊ in. c. ſummopere. xj. q. iij. et in. c. cū eterni. de re iudica. li. vj. Eideꝫ qd̄
dictū eſt de p̄dictis caſibꝰ. ideꝫ ⁊ dicēdū eſt de oībꝰ caſibꝰ in q̇bꝰ ſic eſt
in q̄libet eccl'ia fieri cōſuetū. vt in. c. in his. xj. di. ⁊ in. c. ſuꝑ eo. de cogna.
ſp̄ua. Et idē eſt vbicūq; diſpēſatio ep̄o ſp̄aliter reſeruatꝭ. Unū tm̄ eſt ꝙ
ī articulo neceſſitatꝭ etiā in p̄dictꝭ caſibꝰ ⁊ alijs etiā ſibi nō ꝯceſſis pōt q̄
libꝫ ꝑ ſac̄dotē abſolui. vt. xxvj. q. vj. c. vlti. ⁊ de ſepul. c. vlti. Itē etiā hoc
notādū eſt ꝙ hn̄s ab ep̄o plenariā ptātē in his q̄ ad forū aīe ꝑtinēt eā
dē ptāteꝫ hꝫ etiā in illis caſibꝰ q̇ ſuꝑiori pape reſeruātur. vt in. c. nuꝑ. ī
fra de ſen. exco. de q̇bꝰ caſibꝰ pape reſeruatꝭ ſup̄ dictū fuit. Et vltra hoc
etiā notādū eſt ꝙ in caſibus in quibꝰ ep̄s habꝫ poteſtatē etiam ille cui
ip̄e ep̄s vices ſuas cōmiſerit pōt ſuā iuriſdictionē exercere preterq̄ in
quinq; caſibꝰ. Primꝰ eſt vbicūq; ſolēnis pn̄ia imponēda eſt vt ſup̄ di-
ctū fuit. Scd̄s eſt q: ille hn̄s talē ptāteꝫ ab ep̄o nō pōt abſoluere ab ex
cōicatiōe a qua ep̄s pōt acſoluere niſi ſpecialiter hoc ſibi cōmittat vt in
c. ꝑuenit. īfra de ſen. excō. Tertiꝰ eſt vbicūq; inuenit irreguleritatē con-

Attēde ꝙ ꝯmiſſariꝰ ep̄i cui ip-ſe epiſco-pus cōmi-ſit vices ſu-as in caſi-bus ſibi reſeruatiſ nō poteſt iuriſdictio-nē exerce-re in q̄nq; caſibus ſe-quētibus quamuiſ ſunt ep̄i.

tractam: nam tunc debet penitentē ad epiſcopū remittere vt ip ſe diſpē-
ſet cū eo ſi pōt: vel cū litteris ſuis illū remittat ad papā. Quartus eſt in
incēdarijs ſcōm quoſdā. vt in. c. ſi quis mēbroꝝ. et. c. peſſimaꝫ. xxiij. q.
vlti. Quintus eſt quando eſt de conſuetudine alicuius dioceſis ꝙ certa
crimina ad epiſcopum remittantur.

¶ Xxv. queſtio eſt: an ſacerdos cui ep̄s cōmiſerit vices ſuas poſſit alte Xxv q̄ſtio.
ri cōmittere quo ad ꝯfeſſiōeſ audiēdas. Et ad hoc reſpōdetꝭ ꝙ nō pōt
ſubdelegare. vt in. c. fi. §. ceterū. j. iſto ti. et in. l. a iudice. C. de iudi.

¶ Xxvj. q. eſt: an p̄ſbyter ꝑrochialis cui ep̄s cōmiſerit vices ſuas poſ Xxvj. q̄o.
ſit ab oībuſ pctīs abſoluere vel teneatꝭ de neceſſitate de aliq̇bꝰ pctīs ad
ep̄m remittere Redeūdo ergo ad p̄ncipale pcīm. ſ. vtrū parrochialiſ ſa
cerdos vel alius cui ep̄s dedit poteſtatē audiēdi ꝯfeſſiōes pōt impone
re pn̄iam de om̄i crimine ſubditis. Uel an teneatꝭ de neceſſario aliquos
ad ep̄m remittere. Et breuiter hanc q̄ſtionē poſuit archidia. in roſario
in. c. placuit. de peni. di. vj. et poſuit eū Guill'. de mō. landi. in ſacramēta
li in ti. de baptiſmo. in lectura. c. maiores. eo. ti. Et archi. in dicto. c. pla
cuit dat regulaꝫ ꝙ regularitꝭ ſac̄dos ꝑrochialis vel cōmiſſariꝰ ep̄i pōt
imponere ſubditis penitētiā de om̄i crimine niſi in caſibus ep̄o reſerua
tis de q̇bꝰ ſup̄ dictū fuit. In quibꝰ caſibus ⁊ in alijs enormibꝰ crimini
buſ dicit ꝙ aliq̄n aliqui mittūtur ab ep̄iſ ad ſedē apoſtolicā ꝓpter enor
mitatē criminū ⁊ ad terrorē ſcōm raymundū in ſumma. titu. de penitē.
§. debet quilibꝫ cū duobꝰ paragraphis ſequētibus. Et guill'. vbi ſup̄
dicit circa hoc eſſe diſtinguēdū ſic. Nā aut ineſt articulus mortis ⁊ neceſ
ſitatis: et tūc quilibꝫ ſacerdos rite ordinatus pōt in om̄i caſu abſolue-
re. vt in. c. paſtoralis. īfra de offi. ordina. aut nō imminet articulus mor
tis ⁊ neceſſitas: ⁊ tunc dicit ꝙ eoipſo ꝙ cura animaꝝ alicui cōmiſſa eſt
oia vidētur ei cōmiſſa ſine q̇bus illā curā bene exercere nō pōt. vt in. c.
preterea. īfra iſto ti. et dicit ꝙ hoc ſit ꝓ regula. Sed dicit ꝙ hoc fallit in
caſibꝰ ꝑ papā ſibi a iure retētis vt quādo retinet ſibi abſolutionē ab ex
cōicatione vel ſuſpēſiōe. nā quādo nō retinet intelligitꝭ ep̄is cōmiſiſſe.
vt in. c. nuꝑ. īfra de ſentē. excō. Itē fallit illa regula in caſibus reſeruatꝭ
ꝑ ſtatuta legatoꝝ. archiep̄oꝝ. ep̄oꝝ. ⁊ alioꝝ ſuperioꝝ facta in concilio
vel in ſinodo. itaq; dat regulā generalē ꝙ ſi ſacerdos rite ordinatus ſit
et nulla cēſura eccl'iaſtica ligatus ⁊ canonice inſtitutus in omni caſu ex
ceptis predictis iuribꝰ ⁊ ſtatutis hodie in nō retentis expreſſe ꝑ ſupe-
riores vi poteſtatis caracteris preſbyteralis ⁊ clauis cōmiſſionis cure
a quocunq; peccato ſubditū ſuū idoneū abſoluere pōt: aliaſ in predictiſ
caſibus exceptis ſubditū ſuū pro abſolutione obtinēda ad ſuperiorem
debꝫ remittere. vt in. c. multiplex. de peni. di. j. Et ſi queratꝭ cauſa qua-
re ſuꝑiores ſibi retinēt aliquos caſus vel papa in iure vel alij in ſtatutꝭ
ſuis. dicit ip̄e ꝙ hoc fit ꝓptꝭ duas ratiōes. Una rō eſt ꝓpter impericiā
inferiorū rectoꝝ ꝓptꝭ quā in arduis caſibꝰ volūt merito ad ip̄oſ haberi

Attēde q̄ ē cauſa qua re papa vl' aliꝰ ſuperiores reſeruant ſibi abſo-lutionem a liq̄ruꝫ pec catorum.

Universidad de Deusto Biblioteca

recurſuʒ.vt in.c.oīs vtriuſqʒ.de penitē.⁊ re.Alia ratio eſt q: volūt ſcire
ſupiores ꝯtritiones penitētiū et ideo volūt in ꝓpria perſona audire cō
feſſiōes eoꝝ vt magis agrauētur.Et ſi q̄ratur q̄ auctoritate pñt ſupio-
res inferiorib⁹ preſbyteris ptātem reſtringere cū olim idē eſſet preſby
ter ⁊ q̄ ep̄s:⁊ ecōtra.vt in.c.olim.xcv.di.Et cū tāte virtutis ſit caracter
ſimplicis p̄ſbyteri ſicut ep̄i.vt in.§.ecce.xvj.q.j.Et cū nullā ptātem ha
beat papa ſuꝑ caractere aſſumpto ꝑ ſacramēta impreſſo dicit ip̄e guill'.
ꝙ licet ſuꝑ caracterē preſbyteri nō habeāt ptāteʒ nec eius officiū reſtri
gere poſſunt.tamē poſſunt in certis caſibus ſubtrahere ⁊ ſibi retinere
populū ip̄is preſbyteris cōmiſſuʒ.Et ſic preſbyteri nō habētes materiā
in qua exerceāt ſuū myſteriū habēt neceſſario ceſſare ſicut faber habet
neceſſario ceſſare ſi nō habet materiā ſeu ferrū in quo exerceat artē ſuā.
Et certū eſt ꝙ ſolā ptāteʒ cōmittēdi populū ⁊ ſubtrahēdi cōmiſſuʒ de⁹
cōmiſit ſoli pape.vt in.c.nono.xxj.di.et Petrus ſeu eius ſucceſſores ꝑ
vt volūt ipſuʒ inferioribus prelatis cōmittūt.vt in.c.ad honorē.de vſu.
pall'.⁊ in.c.mādata.de preſum.Et predictā opinionē ꝙ etiā ſimplices
preſbyteri poſſunt imponere penitētiam ſuper enormibus.et ſic ſuper
omni crimine tenēt.Jo.an.⁊ anto.ſuꝑ tex.iuncta ſuperſcriptiōe.⁊ in.c.
deus qui.eo.ti.ibi cū dicitur in tex.pro fornicatiōe.adulterio.homici-
dio.et in ſup̄ſcriptiōe cū dicit̄ liuionieñ.ep̄o ⁊ eis qui cū ip̄o ſunt fratri
bus.nā homicidiū eſt de enormibus.vt in.c.ſi.de tēpo.ordina.Et idē
etiā tenet fran.in preall'.c.deus qui.in.iij.notabili.vbi dicit ꝙ licet ſim
plex ſacerdos poſſit imponere penitētiaʒ ſuper enormibus vt probat̄
per ſup̄dicta:tamē epiſcopi ſolent ſibi reſeruare penitentiā publicoruʒ
⁊ enormium criminū vt homicidij et ſimilium vt notatur in glo.in.c.ij.
eo.ti.li.vj.Et ſic cōcludite ꝙ ſi nō ſit facta reſeruatio a iure vel a cōſue-
tudine vel ab homine quilibʒ preſbyter ſimplex ſuper quocunqʒ crimi-
ne etiā magno ⁊ enormi poteſt imponere penitētiam ⁊ abſoluere peni-
tentē ⁊ non eſt neceſſarium ſuper aliquo crimine remittere penitentem
ad epiſcopum vel ad papam.Ex iſtis eligitur prima cōcluſio.ſcʒ.

## Prima concluſio.

De omni crimine licet enormi reſeruatiōe nō facta poteſt
ſacerdos ſimplex abſqʒ remiſſione neceſſaria pape vel ep̄i
penitentiam iniungere vel abſoluere penitentem.

¶Et licet ſupradictum ſuit ꝙ officialis epiſcopi habet curā animaruʒ
tū dicit hoſtien.non puto ꝙ in penitētijs iniūgendis officialis ep̄i ptā
tem habeat:ſed non ſoluʒ poteſtatē habet in contētioſis tantū ⁊ in illis
cōtentioſis vnū ⁊ idem conſiſtoriū eſt ep̄i ⁊ officialis.⁊ ideo in iſtis con
tētioſis ab vno ad alterū non pōt appellari.vt in.c.romana.§.rū.de ap
pella.et ī.c.nō putam⁹.de ꝯſue.li.vj.⁊ hoc eſt verū niſi appareat ꝙ ep̄s
hoc ſibi cōmittere voluit.ſ.q: hoc exp̄ſſit ſm hoſti.in ti.de penitē.⁊ re.

¶Xxvij.q.eſt:an ſac̄dos de neceſſario tenet̄ ſequi canōes pñiales:vel Xxvij.q̄o
an libere nō curādo de ipſis poterit iponere penitentiam arbitrariam.
Et circa hoc Inno.Jo.an.⁊ Anto.⁊ alij doctores in p̄all'.c.oīs vtriuſqʒ
dicūt ꝙ licet ſatiſfactio ſit iponēda arbitrio ſacerdot̄.vt ī.c.ſignificauit.
eo.titu.tū reſtitutio male acquiſitorum facienda eſt leſis ſi reꝑiantur.
¶Xxviij.q.ē:an ſac̄dos poſſit facere gr̄aʒ circa reſtitutiōeʒ male acq̄ſi- Xxviij.q̄o.
toꝝ.Et dicūt ꝙ circa hanc reſtitutionē ſacerdos gr̄am facere non pōt:
q: nō dimittit̄ pcc̄m niſi reſtituat̄ ablatū.vt in c.cū tu.de vſu.In alijs
autem excepta reſtitutione dicunt ꝙ ſacerdos arbitrari poteſt cōſidera
ta conditione penitentis.vt in c.menſuram.de peni.di.j
¶Xxix.q.eſt an ſit neceſſariū ſcire canones penitētiales:⁊ eſt dicēdū ꝙ Xxix.q̄o
q: ſacerdos ante oīa debet exponere penitēti q̄tū deliquit:⁊ quantam
penitētiā agere debet de iure:ideo de neceſſario habet ſcire canōes pe-
nitētiales.⁊ ſi penitēs dicat ꝙ paratus ē illā pñiaʒ facere:debet ei illaʒ
iniūgere remittēdo ei de gr̄a duos aut tres vel plures annos ꝯſiderata
multitudine pcc̄oꝝ:⁊ numero annoꝝ iniūgendoꝝ.vt notat̄ in c.alligāt
xxvj.q.vltima.Si v̄o penitēs nō ſit ita paratus:tunc ſacerdos pōt ipo
nere ſibi pñiam arbitrariā etiā leuiſſimā:⁊ debet ei iniungere ꝙ oīa bo
na q̄ faciet ⁊ mala q̄ tolerabit ꝓpter deum:ſint ei ꝓ penitentia/⁊ pro
ficiant ſibi ad ſalutē:⁊ ſic abſoluat eū inquātū pōt/⁊ debet:non aūt ſim-
pl'r ſicut quidā ſimplices indiſcrete faciūt:ne indiſcrete abſoluēdo ſeip̄ʒ
obliget:nec eſt multū q̄rēdū q̄tum poteſt ſac̄dos dimittere de penitētia
pcc̄oꝝ:ſed firmiter credēdum eſt:ꝙ deus in multis ſequitur arbitrium
ſacerdotis.Sed contra p̄dicta opponit̄ de c.quē penitet.de peni.di.j.
⁊ de c.fratres.⁊ de c.falſas.de pe.di.v.Solutio.dicēdū eſt ꝙ nō obſtat
ad p̄dicta.c.quē penitet.de peni.di.j.vbi dicit tex.ꝙ de⁹ nō ſoluit quos
putat ſacerdos ſoluere:ſed in quos op⁹ miſericordie ⁊ iuſticie exercem⁹
quia ibi loquitur de illis qui errant in facto vel in iure diuino.
¶Xxx.q.eſt:quō ſacerdos errat in facto vel ī iure diuino.Et dicēdū ē Xxx.q̄ſtio
ꝙ in facto errat:q: non credit aliquos eſſe pcc̄ores qui ſunt.In iure di
uino errat:q: aliquod pcc̄m reputat modicum:⁊ leue qō eſt magnum ⁊
graue:tunc enim non ſufficit penitentia impoſita per c.manet.xxiij.q.
j.Illud autem qō ſacerdos moderate ⁊ diſcrete remittit:deus ratū ha-
bet:nec obſtat etiā p̄dict.c.fratres.de peni.di.v.vbi dicit tex.fr̄es nr̄os
ep̄os ⁊ p̄ſbyteros admonemus:ne falſis penitētijs laicorum animas de
cipi ⁊ in infernum protrahi patiantur:q: ibi loquitur de illis qui agūt
penitentiam de vno pcc̄o ⁊ non de alio:ſicut in c.ꝙ quidam.j.de peni-
tentia ⁊ remiſſione.⁊ per c.ſunt plures.de peni.di.iij.Nec obſtat etiam
c.falſas.de peni.di.v.vbi dicit Grego.falſas penitentias dicimus q̄ nō
ſm auctoritatem ſc̄oꝝ patrum pro qualitate criminis imponunt̄ quia
loquitur de illis qui non reſtituunt alienum:vt ibi ſequitur ſm Inno-
cen.⁊ Anto.quod probatur per c.ſi res aliena.xiiij.q.vj.

Universidad de Deusto Biblioteca

xxxi.qo. ❡xxxj.q̄ſtio eſt: quomodo intelligit̄ illa auctoritas q̄dcūq; ligaueris
ſup terrā erit ligatū in celo:⁊ quodcūq; ſolueris:erit ſolutū in celo. Et
dico ꝙ debet intelligi cōcurrentibꝰ iſtis ex parte penitentis ꝙ ſit talis
ꝙ mereat̄ ſolui.ſ.q: perfecte agit penitētiā de oībus pctīs⁊ nō detinet
aliena ex parte ꝯfeſſoris ꝙ adhibeat clauē diſcretiōis:⁊ ſententia eiꝰ er
rore careat:tunc ſolutꝰ ꝑ eū erit:ſolutꝰ in celo alias nō.ſm glo.⁊ archi.
in c.manet.⁊ c.quē penitet all'.⁊ ī c.remittunt̄.xxiij.q.v. Si ergo peni-
tens talis eſt ⁊ taliter contritꝰ⁊ taliter diſpoſitꝰ ꝙ meretur abſolui:⁊ ſa
cerdos diſcrete agit:q: non errat in facto nec in iure:⁊ ita non errās ſed
diſcrete agens iuſte arbitrat̄ circa impoſitionē penitētie ⁊ circa abſolu
tionem tunc penitens tutus erit cum penitētia arbitrio ſacerdotis īpo
ſita:alias ſi ſacerdos impitus eſt ⁊ indiſcrete agit errans in facto vel in
iure vt eſt dictum:⁊ penitens ſcit vel credit eum imperitū:tunc penitēs
cum tali penitentia arbitraria non eſt tutus:vt notat glo.in c.menſurā
depeniten.di.j.Et ex his elicitur ſecunda concluſio.

## Secunda concluſio.

Arbitraria penitentia ſacerdotis iuſte arbitrātis ⁊ non errantis pe-
nitens qui meretur abſolui tutus eſt:alias ſine his non eſt tutus.

ET intelligitur ꝙ non eſt tutus:q: nō obſtante illa penitētia īſuffi
ciēti talis penitēs in purgatorio puniet̄:q: vt dicit Jacobꝰ de vo
ragine in legēda ſanctoꝝ in cōmemoratione oīm fideliū defunctoꝝ in
fine ſcde colū.ſcdi:qui in purgatoriū deſcēdūt:ſunt illi qui ſatiſfactionē
ſibi iniunctā cōpleuerunt:ſed tñ illa penitentia ſibi iniuncta vel ignorā-
tia vel negligentia ſacerdotis ſufficiens nō fuit:iſti enī niſi magnitudīe
ꝯtritionis defectum penitentie ſuppleāt:totū in purgatorio cōplebūt.
q: minus ꝙ debebāt in hac vita fecerūt: nā deus qui modos ⁊ menſu-
ras pctoꝝ ⁊ penaꝝ nouit:addit penā ſufficiētem:ne aliquod pctm īpu
nitū remaneat.vnde dicit ipſe ꝙ penitentia iniuncta aut maior eſt: aut
equalis:aut minor.Si eſt maior:tunc illud quod plus fecerit cedit ei in
augmentum glorie.ſi eſt equalis:tunc ſufficit ad diminutionem ipſius
culpe.ſi eſt minor:tunc illud quod reſtat ſuppletur ex virtute diuine iu-
ſticie ſm predictum Jacobum vbi ſupra.
❡Trigeſima ſecūda q̄ſtio eſt de pluribꝰ ꝯſilijs exhortationibus auiſa-
xxxij.qo. tionibꝰ ꝯfeſſoꝝ erga penitentes. Et dico ꝙ pro informatione confeſſo-
ris qualiter debeat inſtruere penitētē:quomodo debet ieiunare.tex.eſt
in c.deniq;.in.iiij.di.Jtē ꝯfeſſor debet exhortari penitentem:ꝙ omnes
ſanctiones ſedis aplice recipiat ita ſicut ſi ipiꝰ beati petri diuina voce fir
mate fuiſſent.tex.in c.ſic omnes.xix.di.Jtem debet confeſſor exhortari
penitentem:ꝙ ſit tam fortis⁊ tam vigilans in celeſtibus:ſicut in rebus
terrenis.⁊ qualiter debet a cupiditate/que radix oīm malorum ē/ſepa-
rari.xlvij.di.c.omnes huius ſeculi delectores.⁊ c.virum.⁊ c bonoꝝ.⁊ c.

ſicut hi qui ꝑ infamiā.Jtē debet exhortare ꝙ nō peccet vt hominibus
placeat.tex.eſt ea.di.c.vltimo.in fi. Jtē alia optima exhortatio quā cō
feſſor debet facere clericis penitētibus in diuerſis vicijs cōſtitutis qua
liter cōparātur cecis: claudis: giboſis ⁊ leproſis. ⁊ ꝙ dum vicijs ſunt
ſubiecti panes deo offerre prohibētur : nec aliena delicta diluere valēt
illi quos propria delicta deuaſtāt.xlix.di.c. hinc eteniz.⁊.c.vlti. Jtē de
bet ꝯfeſſor exhortare clericos penitētes ꝙ tunc miniſtrādo deo placere
poterūt cū ꝑ penitētiam ab omi ſorde peccatoꝝ fuerint purgati.l.di.c.
et purgabit.et.c.ferrū.⁊.c.cū exaudiero.Jtē alia exhortatio ſiue inſtru
ctio pro cōfeſſoribus:ꝙ nō audeāt indiſcrete cōcedere remiſſionez pec
catorum penitētibus quia nihil agūt.l.di.c.abſit. ⁊.c. ſi quis prepoſte
ra.Jtez alia et optima exhortotio cōtra prelatos et cōfeſſores qui pal
pāt crimina cōſitentium:et adulātur eis pro modica penitētia remittē-
do eis magna peccata ꝙ non poſſunt : ſed magis nocēt ipſis penitēti-
bus:et ipſi penitētes cōquerētur corā deo de ipſis prelatis ⁊ cōfeſſori
bus qui eos deceperunt ⁊ in peccatis permanere fecerunt.l. di.c.ſi q̇s
prepoſtera.et.c.ſi quis diaconus.in fi. Jtez alia optima informatio ꝓ
confeſſoribus:ꝙ qui confitetur peccata coraz angelis dei cōfitetur. Et
ꝙ ſi peccator per ieiunia ⁊ elemoſynas et vigilias ⁊ ſacras orationes
ſe a peccatis purgauerit: tūc ei ſpes venie de miſericordia dei promittē
da eſt.l.di.c.de his vero ad finē.Jtē ꝯſilium cōfeſſoris bonum erga pe
nitētem.ſ.ꝙ mādet penitēti ꝙ mutet ſe ad alium locū ſi vult agere peni
tētiam:quia cōgruū eſt inde corporaliter euelli vbi quiſq; illecebris de
ſeruiuit.lxxxj.di.c.valet. Jtez pulchra exhortatio quā cōfeſſor debet fa
cere penitēti.ꝙ diebus quibus ieiunat nō debet ſaltus ⁊ ſiluas venan
do cū canibus perluſtrare: nec rethia ad piſcādū diſponere: nec ſeruos
ſecū trahere qui ad eccleſiā vellēt ire in quo reus eſt:nō ſolū de ſuo deli
cto:ſed de perditiōe ſeruoꝝ.Sed debet primo diliculo ad eccl'iaz vigila
re ⁊ bonoꝝ martyrū ſacra loca perquirere.lxxxvj.di.c.amputatis.Jtē
fructuoſa informatio quā cōfeſſor debet facere penitēti qualiter ſe debz
habere ⁊ quid debz obſeruare in elemoſyna facienda.lxxxvj.di.c.nō ſa
tis.Jtem bona perſuaſio quā cōfeſſor debet facere penitenti ſeu pecca
tis dedito.ꝙ quanto morti vicinior efficitur: tanto ſolitior ⁊ ſtudioſior
eſſe debet.lxxxvj.di.c.tanta nequitia. Jtem alia perſuaſio quā cōfeſſor
debz facere penitēti:ꝙ viduis:pupillis ⁊ orphanis ⁊ alijs perſonis mi
ſerabilibus auxiliū prebeat.lxxxvij.di.c.j.ij.iij.et.iiij. Jtē alia exhorta-
tio quam debet cōfeſſor facere cōtra penitētes qui pacem non habent
cum proximis.xc.di.nec ad caym. Jtez optima exhortatio quā ꝯfeſſor
penitētibus omnibus ⁊ maxime in peccatis induratis facere debet ꝙ
moderatio ⁊ pietas dei ſolum noſtruz redditū requirit: atq; nos cupit
ſua longa bonitate ſaluari:ſed ſi nō cōuertimur:ſi duri colli ſimus:ſi in
peccat̄ vſq; ad mortē illicite ꝑduramus;aſſidue peccātiū non miſeret̄

Universidad de Deusto Biblioteca

deꝰ.xxiij.di.c.diaconi.in magno.in fine. Itē alia exhortatio quā debet
facere ꝯfeſſoꝛ epīs ⁊ aliꝭs prelatis: ꝙ debēt paſcere gregē ſibi cōmiſſaꝫ
nō vt dominātes in clero: ſed forma facti gregis ex animo: vt cū appa=
ruerit princeps paſtoꝝ percipiāt īmarceſſibilē coronā glorie: ⁊ ꝙ non
dedignētur audire ſubditos.xcv.di.c.eſto ſubiectꝰ. Itē cōfeſſoꝛ debꝫ re
frenare epōs a vana gloria.exēplo gregoriꝭ: q̄ nolebat proſperare verbis
ſed moribus.xcij.di.c.ecce in prefatione.⁊ dicens ꝙ nihil in epāli ceruī
ce ſplēdidius fulget q̄ꝫ humilitas.ea.di.c. cōtra morē.ij.ad finē. Item
alia exhortatio ꝯfeſſoris ad oſtēdendū penitētibus q̄ꝫ graue ⁊ capitale
crimē ⁊ hereſis ſimoniaca ſit ſpūſſancti donū precio cōparare: ⁊ q̄ꝫ dete
ſtabiliter vtroqꝫ teſtamento vindicatū ſit ꝑ multa exempla.j.q.j.c.qui
ſtudet donū dei. Itē alia exhortatio ꝯfeſſoris ad deteſtationē ſimonie ⁊
auaricie ꝙ oēs cupidi ⁊ oēs auari giezi ſpūalem leprā cū diuitiꭝ ſuis
poſſidēt ⁊ male queſita mercede nō tā patrimoniꭝ facultatē q̄ꝫ theſaurū
criminū cōgregauerūt eterno ſupplicio ⁊ breui fructu.j.q.j.c.cito tur=
pē in fi. Itē alia exhortatio cōtra ſimoniā ⁊ cōtra ſimoniacos ſacdotes
j.q.j.c.eos.⁊.c.iudices.⁊.c.nō eſt putāda.⁊ ꝙ maioꝛ metuēda eſt locis
illis calamitas vbi interceſſores ſimoniaci ad locum regiminis addu=
cūtur.ea.q.c.frater.in fine. Et alie multe exhortatiōs notāde ꝯtra ſimo
niacos ponūtur.ea.q.c.odit deus.⁊.c.manifeſtū.⁊.c.maledicā.⁊.c.om
nia.⁊ c.ꝓphetauit.⁊.c.ꝑ eſayam. Itē exhortatio contra ſimoniacos ꝙ
nō intrāt ꝑ hoſtiū.i.per xp̄m: ſed fures ſunt ⁊ latrones.ea. cauſa ⁊ q̄ſti.
c.ordinationes. Et doctrina de modis quibꝰ cōmittit̄ ſimonia.ea.q.c.
ſunt nonnulli. Poſtrema ⁊ principalis exhortatio ⁊ increpatio aſpera
quā debet facere cōfeſſoꝛ cōtra penitentes ſimoniacos qui ſacerdotiū
vel epiſcopalē ſeu ſacerdotaleꝫ dignitatē iniuſto cordis amore vel ſoꝛ=
didis precibꝰ oꝛis vel comitatu vel manuali ſeruicio ſiue fraudulēto mu
nuſculo acq̄ſierint ꝙ ſi in vita ſua ſacerdotiū ⁊ dignitateꝫ ſic ſimoniace
acquiſitā nō ſpōte reliquerint.⁊ ſi tales ſimoniacos mores in aſpera pe
nitētia nō inuenerit tales proculdubio in eternū peribūt.j.q.j.c.ſi quis.
nec ſctis pollēs moribꝰ. Itē verba cōſolatoria q̄ confeſſoꝛ debet dicere
penitēti qui temptatiōibus affligitur. habētur.ij.q.v.c. habet hoc.in
prin.⁊.v.q.v.nō oīs q̄ parcit. Itē exhortatio quā debet facere cōfeſ=
ſoꝛ epō q̄ propt̄ infeſtationes maloꝝ vult ingredi religionē: ⁊ vult deſe
rere gregē ſibi cōmiſſuꝫ: ſuadēdo ꝙ hoc facere nō debet: q꞉ hoc repre=
hēſibile eſt valde ocio ⁊ quieti ſe tradere ⁊ ſe ſolūmodo ſaluare: ⁊ filios
orphanos reliquere.vij.q.j.c.ſuggeſtū eſt.⁊.c.ſuſcitat̄.⁊.c.aduerſitas.
cū.§.ſequēti.⁊ capitulis ſequētibꝰ vſqꝫ ad finē.q.⁊.viij.q.j.c.in ſcriptu
ris.⁊.c.qui epiſcopatū. Itē dura reprehēſio quā debet cōfeſſoꝛ facere
cōtra epōs deſides ⁊ negligētes ſub quibꝰ populus patit̄ famē ⁊ ſitim
audiēdi verbū dei qui mercenariꭝ ſunt: ⁊ contra epōs ſupbientes de di=
gnitate epāli: cum propter hoc magis timidi debeant eſſe q꞉ potentes

potenter tormēta patient̄: q꞉ ipſi cū ſint peiores laicis vehemēter ecclīā
dei deſtruūt.viij.q.j.c.audacter.⁊ c.ſeq̄nti.⁊ c.illud.⁊ c.q̄lis.cūꝫ tribꝰ
caplīs ſeq̄ntibꝰ. Item debet confeſſoꝛ declarare penitentibus ꝙ viuant
ſub ecclīaſtica regula.xj.q.j.c.illud. Item alia exhortatio confeſſoris cō
tra excōicatos.ſ.ꝙ debet exhortari penitētem ne in excōicationē īcidat
ne ꝓpt̄ hoc rapido ore demonū decerpat̄.xj.q.iij.c.abſit.et ne in pcīm
mortale cadat: q꞉ ꝓpt̄ hoc deus tradit ipſuꝫ ſathane: ⁊ refugit a cogita
tionibus malis eius: ⁊ relinquit domū cordis eiꝰ vacuā.xj.q.iij.c.audi
deniqꝫ.⁊ q̄ꝫtuꝫ debet formidare in excōicatione cadere: ⁊ ꝓpter hoc ab
ecclīa ⁊ corpore chriſti ſeparari.ea.q.c.omnis xp̄ianus.⁊ c. nihil. Item
confortatio confeſſoris ad penitentē.ſ.ꝙ ſit ex cōſcientia ſua iuſtificatus
eſt alioꝝ maledicta non timeat.xj.q.iij.c.in cūctis cū tribꝰ caplīs ſequē
tibꝰ. Itē exhortatio cōfeſſoris cōtra iratos.ea.q.c.illa.⁊ c.ira. Itē alia
exhortatio cōfeſſoris ꝯtra iudices: q̄lr debent ſentētias cū multa matu=
ritate ⁊ ſine aliqua venalitate ꝓferre.xj.q.iij.c.ſummopere.⁊ cū duobꝰ
caplīs ſeq̄ntibus.⁊.c.quattuoꝛ modis. cum tribus caplīs ſequentibꝰ.
Iteꝫ alia ꝯtra negātes xp̄m multis modis.ea.cauſa.c.abiꭝt.⁊ c.eſtimāt
cum duobꝰ caplīs ſeq̄ntibus. Itē alia pulchra exhortatio quā cōfeſſoꝛ
debet facere penitentibus: ne in malis ⁊ fact̄ atrocibꝰ obediāt dn̄is vel
p̄latis ſuis ea.cā.c.ſi q̄s ep̄s aut abbas.⁊ c.non enī ſemꝑ.⁊ c.ſi dn̄s.cū
viij.caplīs ſeq̄ntibꝰ. Itē exhortatio cōfeſſoris ad penitētē: ꝙ nō ſolum
debet curare de bona vita ⁊ cōſcientia: ſꝫ etiā de bona fama: nā cōſciētia
eſt neceſſaria ſibi: fama ꝓximo ſuo: q꞉ q̄ cōfidēs cōſciētie negligit famā
ſuam crudelis ē. Itē alia exhortatio quā ad epōs cōfeſſoꝛ debet facere.
ſ.ꝙ nō eſt epoꝝ ſeruare aurū: ⁊ a ſe reuocare mēdicāt̄ manū. Nam dice=
bat aug.tā multi petūt: tā multi gemūt: tā multi inopes nos īterpellāt
vt plures triſtes reliq̄mꝰ: q꞉ qd̄ dare oībꝰ vellemꝰ nō habemꝰ.xij.q.j.c.
nolo. Itē alia exhortatio cōfeſſoris cōtra hypocritas: qui ſimulāt ſe nō
hr̄e propriū ⁊ occulte hn̄t: q꞉ malū eſt cadere a ꝓpoſito: ſed peiꝰ eſt ſimu
lare propoſitū.nā ſi nō fuat aliq̄s fortis ſctitatē: dimidius cecidit: ſi in=
tus habeat ſimulationē totus cecidit.xij.q.j.c.certe. Item p̄cipalis ex
hortatio cōfeſſoris ad penitentes ꝙ multo magis debent curare de aīa
bus: q̄ꝫ de oībꝰ aliꭝs: cum anime hominum precioſiores ſunt oībus re=
bus.xij.q.j.c.p̄cipimus.⁊ maius damnū eſt in perditione vnius aīme
q̄ꝫ in ꝑditione innumerabilium corporum.xxiiij. q.iij.c. ſi habes.ad fi.
Item exhortatio cōfeſſoris ad penitentes/ ꝙ nō reddant mala pro ma=
lis: nec reddant mala pro bonis: ſed reddāt bona ꝓ bonis.xxiij.queſt.
iij.cap̄.ſex differentie. Item alia exhortatio confeſſoris ad penitentem:
ꝙ non ſocietur malis: nec malum cum eis committat: nec committenti=
bus faueat: ſed corrigat ⁊ caſtiget ⁊ puniat delinquentes ſi poteſtatem
habet: ⁊ adminus ſi aliud facere non poteſt: nec faciat malum: nec ap=
probet factuꝫ.xxiij.q.iiij.c.ita plane. Item inſtructio pro cōfeſſore ꝙ ea

Universidad de D
Biblioteca

que ſunt cõmiſſa contra deũ: non põt ſine penitẽtia relaxare. xxiij. q. iiij
c. ſi is qui ꝑlatus eſt. Item doctrinã cõfeſſoꝛis ad penitentem qualiter
debet diligere pꝛoximum ſicut ſeipſum hoc modo: vt pꝛoximum ſuũ vl'
bñficij conſolatiõe: vel doctrine infoꝛmatione vel diſcipline coꝛreptiõe
adducat ad colendũ deũ. xxiij. q. iiij. c. vlti. Itẽ doctrina notabilis. ſ. ꝙ ſi
quattuoꝛ hoĩes vel quinqꝫ vel plures ꝯtra vnuꝫ rixati fuerint: ⁊ ab his
vulneratꝰ moꝛtuꝰ fuerit: quicũqꝫ eoꝝ plagam ei impoſuit ſm̃ ſtatuta ca-
nonũ vt homicida iudicet̃: reliqui aũt qui eum impugnabãt nolẽtes eũ
interficere ſimiliter peniteãt: qui nec auxilio eum ĩpugnabãt nec vulne-
rabãt: nec conſilio nec auxilio coopatoꝛes fuerũt: ſed tm̃ affuerũt: extra
noxã ſunt: ⁊ ex his debet confeſſoꝛ inſtrui qualiter ꝓdict̃ imponat peni-
tẽtiam. xxiij. q. viij. c. vlti. Item qualiter poteſtatem ligandi et ſoluendi
eccl'ia in ꝑſona petri accepit. xxiiij. q. j. c. quodcũqꝫ ligaueris. Itẽ notabiliſ
ſima auiſatio quã ꝯfeſſoꝛ in pꝛincipio ꝯfeſſionis debet facere penitẽti: ꝙ
videat ⁊ ꝑſcrutet̃ bene ſi eſt ligatus aliqua excõicatiõe maioꝛi: vel ſi ha
bet aliquã hereſim occultã: vel ꝑ ſciſma/ vel per aliam cauſam ab eccl'ia
eſt diuiſus: qꝛ niſi pꝛius abſoluat̃ ab illa excõicatione: ⁊ alijs ꝓdictis:
nõ põt a vinculis pctõꝝ abſolui: nec ianuã regni celeſtis ingredi. xxiiij.
q. j. c. cũqꝫ ab vnitate. Itẽ ꝙ ꝯfeſſoꝛ erga penitẽtes potiꝰ debet eẽ miſe-
ricoꝛs ꝙ̃ ſeuerꝰ. xxvj. q. vij. c. alligãt. Itẽ optima infoꝛmatio ꝯfeſſoris ad
arbitrãdũ circa penitẽtias imponẽdas: cõſideranda facta dicta conſilia
ſcripta ꝓ quibus debet imponere pniãꝫ ſeptẽ modis. ſ. ſm̃ cauſas ꝑſo
nas loca ⁊ tẽpoꝛa: ꝗtitatẽ: q̃litatẽ: euẽtũ. habet̃ de penitentijs di. j. aut
facta que ẽ lex. aut facta. ff. de penis. Itẽ exhoꝛtatio ꝯfeſſoꝛis pꝛo hũda
ꝯtritione ꝙ peccatoꝛ ſemꝑ doleat: ⁊ de doloꝛe gaudeat: ⁊ nõ ſit ſatis ꝙ
doleat; ſed ex fide doleat: ⁊ nõ ſemꝑ doluiſſe doleat. de peni. diſt. iij. c. ſi
apoſtolus. ⁊ ꝓ oĩbus partibꝰ pnie: ꝙ in coꝛde ſit contritio: in oꝛe cõfeſ
ſio: in oꝑe tota humilitas. ⁊ hec eſt fructifera pnĩa. ea. di. c. perfecta. vbi
ponit archi. cãs ꝓpter quas gaudendum ẽ in tribulatiõibꝰ: ꝓpter qd̃
de tribulatiõe ⁊ doloꝛe debet gaudere penitẽs. Itẽ exhoꝛtatio aſꝑa cõ-
feſſoꝛis ꝯtra penitẽtes/ q̃ poſt pniãꝫ frequẽter redeũt ad pcĩa: ⁊ ꝙ tales
ſũt irriſoꝛes ⁊ nõ penitẽtes. ea. di. c. penitẽtes. ⁊ c. irriſoꝛ. cũ. vij. capl'is
ſeq̃ntibꝰ. Itẽ ꝙ̃ fructuoſus eſt ꝓs. l. Miſerere mei deꝰ: ad delendũ pec
cata cuiuſlibet penitẽtis: ⁊ quõ pctoꝛ ꝑ pniam mutat feditatẽ vulneris
in ſanitatis decoꝛẽ. habet̃ ea. di. c. totã pniam pctoꝛis ideo ſatiſfactio q̃
debet fieri per oꝛõnẽ: iniũgi debet penitenti in dicendo pſalmos penitẽ
tiales: ⁊ maxime dicẽdo hunc pſalmum Miſerere mei deus. ſe diſcipli
nando vel foꝛtiter ꝑcutiẽdo in pectoꝛe: quĩ dicit̃. Tibi ſoli peccaui. Ia.
do. Itẽ exhoꝛtatio ſalubꝛis ꝯfeſſoꝛis ad penitentẽ: ꝙ hoc eſt magnũ vt
peccatoꝛ pcĩa ſua cognoſcat: ⁊ memoꝛiam eoꝝ ꝑſeueranter retineat: qꝛ
nullũ ĩuenitur tale remediũ delictoꝝ: ſicut eoꝝ ꝯtinua memoꝛia. vt ea.
diſt. c. iudas Item increpatio aſpera confeſſoꝛis contra penitentes qui

Attẽde ꝙ
pnia q̃ i-
iũgenda ẽ
penitẽti vt
ꝑ pnia o-
ret: dꝫ fie-
ri ꝑ pſal-
mos pnia
les.

putant ſe agere bonã pniam penitẽdo de quibuſdã peccatis: ⁊ de alijs
non. Itẽ ſpecialis inſtructio pꝛo cõfeſſoꝛe: ꝙ debet talẽ pniam impone
re penitẽti: ꝙ ſtati ꝑ eum anteꝗ̃ peccet poſſit impleri: ⁊ ita debet ſemꝑ
dicere penitẽti ꝙ ſtati in ſtatu grẽ ſatiſfactionẽ pnie impleat: qꝛ poſtea
fructuoſa nõ eſt: nã deꝰ eſt inimicꝰ criminoſo. nullo ergo mõ q̇ aliqd̃ cri-
mẽ reſeruat: de alio recipiet veniã: nã nũꝗ̃ q̇s ſine amoꝛe dei cõſeq̃t̃ ve
niaꝫ. Et qꝛ ꝑſeuerãs in aliquo crimĩe hoſtis dei ẽ dũ ꝑſeuerãter deũ of-
fendit: ideo remiſſionẽ hr̃e non põt. ea. di. c. ſunt plures. Itẽ alia ⁊ ꝓnci
palis exhoꝛtatio ꝯfeſſoꝛis ad penitẽtẽ ẽ: ꝙ penitens laboꝛet vt ſit ĩ cha-
ritate: qꝛ alias nõ põt aliquã pniam fructuoſam agere: nã ſi q̇s nõ hñs
charitatẽ patit̃ tribulatiões: anguſtias: famẽ: nuditatẽ: ſiti: ꝑſecutionẽ
pericula: carceres: vĩcula: toꝛmẽta: gladiũ vl' flãmas ne xp̃ꝫ neget timo-
re gehẽne/ ⁊ ignis et̃ni: nihil ꝓdeſt ad regnũ celoꝝ obtinẽdũ. ea. di. c. ſi
q̇s aũt nõ hñs charitatẽ. Itẽ pꝛĩcipalis infoꝛmatio ẽ: ꝙ penitẽs dicat
⁊ cõfeſſoꝛ interroget a penitẽte q̃litatẽ crimĩs in loco: in tp̃e: in ꝑſeuerã
tia: in varietate ꝑſone: ⁊ q̃li hoc fecerit tẽptatiõe: ⁊ ipſiꝰ ocij multiplici
executiõe: ⁊ q̃liter turpitudinẽ ſuã ꝑegit: ſi ĩ loco ſacrato aut cui debue-
rit excellentiam fidei: ⁊ quãtum ꝑſeuerauerit: ⁊ quãta impugnatiõe vi-
ctus fuit. Et declaret̃ ⁊ ſciat̃ cuiꝰ etatis fuerit peccãs: cuius ſapientie
⁊ oꝛdinis ⁊ imoꝛet̃ in ſingulis iſtis: vt hec ⁊ alias latiꝰ ponunt̃. de peni
ten. di. v. c. cõſideret. Item debet ꝯfeſſoꝛ exhoꝛtari penitẽtẽ: ꝙ ſi vult eſ
ſe bonꝰ penitẽs: dꝫ a ſe abijcere negociatões: ⁊ mãdare illi ꝙ nõ redeat
ad militiã ſecularẽ: ⁊ ſuꝑ oĩa confeſſoꝛ penitẽti mãdet ꝙ oĩa q̃ hꝫ male
ablata ſtati reſtituat ſi poteſt: ⁊ odiũ in coꝛde non gerat: qꝛ alias nõ põt
verã pniam agere: ꝑ quã ad eternam vitaꝫ valeat ꝑuenire: niſi negocia
relinquat: officiuꝫ deſerat: ⁊ odiũ ex coꝛde dimittat: ⁊ bona q̃ iniuſte ab-
ſtulit reſtituat. vt habetur de peniten. di. v. c. qualitas. ⁊ c. cõtrariuꝫ. c.
falſas pnias. c. fratres nr̃os. Item ꝯfeſſoꝛ ſemꝑ exhoꝛtet̃ peccatoꝛi: ꝙ
ſtudeat ſic in hac vita delicta ſua coꝛriget̃: vt poſt moꝛtẽ nõ opoꝛteat eũ
penã tolerare: nam qui in aliud ſeculũ diſtulit fructuꝫ conuerſiõis: pꝛiꝰ
purgandꝰ eſt igne purgatiõis. Item ꝯfeſſoꝛ debet dare cõſiliũ peniten
ti ꝙ anteꝗ̃ accedat ad cõionem euchariſtie: abſtineat ab acceſſu vxoꝛis
⁊ ꝙ in die natalis dñi ⁊ reliquis feſtiuitatibus ⁊ in diebꝰ ꝓceſſionis et
diebꝰ ieiunioꝝ a ꝓpꝛia vxoꝛe abſtineat. xxxiij. q. iiij. c. j. cũ quiqꝫ capl'is
ſeq̃n. Item ꝯſiliũ ꝓ ſacerdotibꝰ: ꝙ non iniũgat pniam ꝯiugatis: ꝑ quã
alteri cõiugũ pꝛeiudiciũ fiat: niſi ex cõſenſu ipſoꝝ. xxxiij. q. iiij. c. apoſto
lus. ⁊ c. penitẽtiã. Item ꝙ ꝯfeſſoꝛ exhoꝛtet̃ penitẽti ꝙ nõ ſeruet ſuꝑſti
tiões de nõ lauãdo vel non pectinando aut ſimilia faciendo die domini-
co vel alia die. habet̃. iiij. di. c. peruenit. ⁊ ibi per archidia. Iteꝫ alia ex-
hoꝛtatio quã debet confeſſoꝛ facere penitentibus q̃liter debent in qua-
drageſima ieiunare: oſtendendo eis ratiões quare in quadrageſima. xl.
diebus ieiunare debent: ⁊ q̃lr̃ debent quottidie ieiunare; ⁊ quot modis

Attẽde ꝙ
ſũt ſuꝑſti-
tiones de
non lauã-
do vl' non
pectinan-
do certa
die/ vl' ſiſti-
bus.

Univerſidad de Deusto Biblioteca

vitiū gule oēs tēptat: ⁊ q̄lr̄ diſcrete ieiunādū eſt: ne aliq̄s ſubtrahat cor-
pori neceſſaria: ⁊ ꝙ ieiuniū magnū ⁊ gn̄ale ⁊ magis fructuoſū eſt abſti
nēre ab iniq̄tatib⁹ ⁊ ab illicitꝭ voluptatib⁹ ſeculi. hr̄ de cōſecra. di. v. c. q̄-
drageſima. cū nouem caplis ſeq̄ntib⁹ vſq; ad c. ieiuniū aūt magnū īclu-
ſiue. Item exhortatio quā confeſſor debet facere penitentib⁹: q̄liter de-
bent in cibis tēpantiā obſeruare: ⁊ oſtendere q̄ bona ex tēpantia ⁊
q̄ mala ex intēpantia ⁊ repletiōe ciboꝝ ꝯſequūt̄. habet̄ ea. di. c. nihil
ſic iocūdū. ⁊ c. nec ales. ⁊ c. legim⁹. Itē alia exhortatio quā cōfeſſor de-
bet facere penitentib⁹: ꝙ die ſabbati ieiunent: ⁊ a carnib⁹ abſtineāt ⁊ ꝑ
ꝯſeq̄ns cōtra facientib⁹ penitentiā imponant: vt mortal'r peccātib⁹: ni
ſi ꝑ conſuetudinē patrie excuſent̄. habet̄ in c. ſabbato. de ꝯſec̄. di. .iij.
⁊ in c. q: dies. de ꝯſe. di. v. iūcto c. illa. ad fi. xij. di. Item exhortatio quā
ꝯfeſſor dȝ facere monachis ꝙ carnes nō comedāt: ⁊ ꝙ bonas occupa-
tiōes ſēꝑ hēant: vt ocioſitatē euitēt. habet̄ ꝺ cōſe. di. v. c. carnē. ⁊ c. nūꝙ
Itē exhortatio ꝯfeſſoris ad penitētē ꝙ ꝯcupiſcētiā a ſe abijciat: q: ex
ea oīa mala oriūtur. vt ſ̄ de conſti. c. nā ꝯcupiſcētiā. Itē exhortatio ꝯfeſ
ſoris ad penitētē epm̄ dignū ad regendū epatū/ qui cauſa religiōis vult
deſerere p̄ſulatū: ꝙ nō debet deſerere: allegando rōnes. vt habet̄ in c.
niſi cū pridē. ſ̄ de renū. Itē ꝙ mandet religioſo penitēti: qui vult ad ſu
ꝑiores ordines ꝓmoueri: ꝙ poti⁹ ſeq̄tur p̄ceptū ſuꝑioris ſui: ꝙ ſuā volū
tātē: ⁊ ita debet illi iniūgere. vt ſuꝑ de tēpo. ordi. c. ad aures. Itē ꝙ cō-
feſſor debet monere ſac̄dotes ⁊ clericos ⁊ alios qui ꝑ reatū adulterij/ ⁊
ꝑiurij/ homicidij vel falſi teſtimonij bonum recte conſcientie ꝑdiderūt:
ſi nō penitent de p̄dictis: ⁊ etiam ſub interminatione iudicij diuini eos
oſtentare vt in teſtimonium damnationis ſue in ſuſceptis ordinibus nō
miniſtrent. vt ſ̄ eo. ti. c. vlti. Item auiſatio confeſſoris circa executiones
teſtamētoꝝ. ſ. ꝙ religioſis vel clericis deputatis ad executionē cuiuſli-
bet vltime volūtatis ꝑ cōfeſſorē iniūgi debet ꝙ de officio illi⁹ executiōis
ordinarijs locoꝝ debitā rōnē reddāt: ⁊ ordinarijs debet etiā iniūgere ꝙ
illā rōnē exigāt: alias vt grauiter peccātibus ꝯtra p̄ceptum iuris pn̄ia
imponi debet. vt de teſta. cle. vnica. Itē iformatio ſingularis ꝓ ꝯfeſſori-
b⁹ circa excōicatiōes. ſ. ꝙ cōfeſſor debȝ ſcire oēs canones ꝑ quos ꝓmul
gat̄ excōicatio ipo iure: q̄ ponūt̄ ꝑ gloſaȝ ſuꝑ parte excōicatiōis ſentē-
tia. in cle. j. de ſen. excōica. ⁊ ꝑ docto. ibi. ⁊ ꝑ extrauagātes. nā oēs illi ca
nones ſunt p̄ncipales p̄ncipal'r ꝓpt̄ ꝙ excōicat⁹ ante abſolutionē excōi-
catiōis non pōt abſolui a pc̄tis vt dictū fuit ſupra in tractatu de penitē
tijs. ⁊ q: in quocūq; caſu ē aliq̄s excōicat⁹ ipo iure a canone peccat mor
talit̄: ⁊ anteꝙ abſoluat̄ pn̄ia ꝓ illo mortali pc̄to ſibi iponi debet: vt ī c.
nemo epor̄ū. xj. q. iij. ⁊ ideo ad p̄dictos duos fines eſt neceſſarium cuili
bet cōfeſſori ſcire illos canones excōicātes ipo iure: qui ſūt. cxv. ꝑ pall'.
glo. cle. ⁊ alij plures per extrauagantes. ⁊ alij per bullas papales. vt ē
excōicatio q̄ fuit promulgata per bn̄dictū. xiiij. cōtra oēs tradētes iu-

deis ad fabricāduȝ cruces ⁊ calices ⁊ ornamēta eccl'iaſtica ⁊ cōtra dātes
iudeis ad ligāduȝ libros in q̄b⁹ fuerit ſcriptū nomē ieſu xp̄i vel nomen
virginis marie. ⁊ vt eſt excōicatio q̄ fuit promulgata ꝑ Eugeniū. iiij. cō
tra q̄ ſuſceperint medicinas cōfectas de manu iudei vel parantē eis ci
bos in feſtiuitatib⁹ vel comedētes aut bibētes cū eis vel arrēdātes eis
fruct⁹ bn̄ficioꝝ eccleſiaſticoꝝ vel habētes cū eis ſocietatē ī arrēdamēt̄.

¶ Trigeſima tertia queſtio eſt: de nouem actibus per ordinē fiendis ꝑ
quēlibet ſacerdotem ſeu confeſſorem. Xxxiij. q.

¶ Primus actus cōfeſſoris eſt: ꝙ ante oīa cōfeſſor videat ⁊ inquirat *Primus actus cōfeſſoris*
vtrū penitēs ſit parrochianus ſuus vel talis ꝙ ⁊ ipſe habeat poteſtatē
audiēdi ⁊ abſoluēdi eum tūc audiat ipſuȝ: vel an ſit extraneus vel talis
quē ipſe audire nō poteſt: et tunc ipſum remittat ad ſuum cōfeſſorē. de
quo quis ſit cōfeſſor competēs cuiuſlibet: dictū fuit ſupra de principio
vſq; ad cōcluſionē primā ⁊ ponitur late ꝑ hoſti. in ſumma ti. de penitē.
in. §. cui cōfitendū ſit: vſq; ad. §. quādo cōfitēdum eſt.

¶ Scd̄s act⁹ ꝯfeſſoris eſt: ꝙ ꝯfeſſor iducat pn̄itēti ꝙ hūiliet ſe ⁊ ponat ſe *Secūd⁹ actus.*
ad pedes ipſius. ⁊ ſi ſit femina inſtruat ipā ꝙ ſemꝑ ſedeat ex trāſuerſo
nec faciē ipſius reſpiciat: q: ſic dicit abacuc. Facies mulieris vētus vrēs.
⁊ ſm̄ doctrinā q̄ tradit̄ hoſt. iij. auferat fornicatiōes a facie ſua ⁊ adulte
ria de medio v̄boꝝ ſuoꝝ. vt no. hoſt. ī ſum. in ti. de peni. v̄. dicat etiā ei.

¶ Tertius act⁹ ꝯfeſſoris eſt ꝙ ꝯfeſſor inducat penitētē ad verā penitē *Tertius actus.*
tiā faciēdā. Primo faciēdo ſeu inducēdo ipſuȝ dulci ⁊ ſuaui eloquio: ad
cōpūctionē ꝓponēdo ei bn̄ficia q̄ cōtulit ſibi deus creādo ⁊ recreando
ipſuȝ ⁊ ꝓponēdo anime eternitatē: vite breuitatē: mūdi mutabilitatē:
fallatiā ⁊ deceptionē: ⁊ chriſti pietatē: qui nō venit propt̄ iuſtos ſed ꝓpt̄
peccatores. vt notat hoſti. in dicto. §. qualiter ſacerdos. v̄. inde moneat
ipſuȝ. Et inducēdo ipſuȝ ad ꝯtritionē. Primo ꝑ cōmiſſoꝝ cogitationē *Attēde ꝑ q̄ penitēs debȝ induci ad cōtritionē per cōfeſſorē q̄ ſunt octo.*
Vn̄ ezechias. Recogitabo tibi oēs annos meos: in amaritudine ani-
me mee. Secūdo per pudorē de peccatis cōmiſſis. Naum. iij. Reuelabo
pudēda tua in facie tua. Et treno. iiij. c. Denigrata eſt ſuper carbones fa
cies eoꝝ. Tertio per deteſtationē peccati: propter cuius vilitatē ipſe
peccator vilis factus eſt ⁊ abiectus. ij. petri. ij. ꝙ vilis facta eſt iterans
vias tuas. Jo. viij. qui facit peccatuȝ ſeruus eſt peccati. Quarto per ti-
morē de die iudicij. vnde Hieronymus. Quoties diē illum cōſidero to
tus corpore cōtremiſco. Et idem dicit: ſiue comedo ſiue bibo ſiue aliq̄d
aliud facio ſemper videtur illa tuba terribilis inſonare auribus meis:
Surgite mortui venite ad iudiciū. Itē gregorius. Quid faciet virga de
ſerti vbi cōcutiet̄ cedrus paradiſi. ⁊. j. Petri. iiij. Si iuſt⁹ vix ſaluabit̄:
impi⁹ vbi apparebit. Quito ꝑ timorē pene gehēne. Apocal'. xix. appre-
hēſa eſt beſtia ⁊ illa ⁊ q̄ acceperūt caracterē beſtie ⁊ qui adorāt ymagi-
nē ei⁹ miſſi ſunt in ſtagnū ignis. Itē apocal'. timidis ⁊ incredulis ⁊ exce
cratis: ⁊ homicidis: ⁊ fornicatorib⁹. ⁊ veneficis: ⁊ idolatris: ⁊ oīibus

Universidad de Deusto Biblioteca

mēdacibꝰ pars illoꝝ ſtagno ardēti igne ⁊ ſulphure. Sexto ꝑ dolorem amiſſiōis patrie celeſtis. Apoc. iij. tene qḋ habes vt coronaȝ tuā nemo accipiat. Septimo ꝑ multiplicē offenſaȝ creatoris. Octauo ꝑ triplicem ſpem venie: vt notat latius hoſti. in ſūma. eo. ti. §. quibꝰ ⁊ quot dietis. ver. q̄ inducūt. et in. §. que inducūt hominē.

Quartus actus.

¶ Quartꝰ actꝰ eſt ꝙ ꝯfeſſor inſtruat penitēteȝ circa formā ꝯfeſſiōis ⁊ cōſideret ⁊ q̄rat vnde eſt penitēs ⁊ vbi fuit nutritꝰ ⁊ vbi fuit ꝯuerſatꝰ. ⁊ ſi videt eū ſimplicē: vel idiotū doceat eū Pater nr̄: ⁊ aue maria: ⁊ credo in deū: vel moneat vt adiſcat. ⁊ doceat ipm̄ quot ⁊ q̄ ſunt articuli fidei ⁊ dicat ei: vide ſi in his aliq̄ erraſti vel dubitaſti. dicat etiā ei q̄ ſūt mādata legis ⁊ dicat ei ꝙ videat ſi illa ſeruauit vel in eis aliq̄ offendit. ⁊ poſtea deſcēdat ad ſeptē pctā mortalia vt notat hoſti. in dicto. §. qualiter ſacerdos in principio vſq; ad verſum. dicat etiam ei.

Quintus actus.

¶ Quintꝰ actus eſt ꝙ ꝯfeſſor infroget penitētē ſi ſcit ſe eſſe in aliq̄ excōicatiōe maiori vl' minori ⁊ dicat ei ꝙ ſi petat abſolutiōeȝ illiꝰ excōicatiōis ⁊ illo petēte abſolutionē ipſe ꝯfeſſor abſoluat eū ab illa maiori excōicatiōe: ſi habet ptāteȝ quā ipſe dȝ petere ab epō ſi ad eū ꝑtinet abſolutio: vel remittat eū ad papā: ſi ad papā ꝑtinet abſolutio. vel ad aliuȝ iudicē ſi ꝑ litteras alterꝰ iudicis eſt excōicatꝰ: et abſoluat̄ ſatiſfacto parti ad cuius petitionē excōicatꝰ fuit: q2 niſi excōicatꝰ prius abſoluat̄ ab excōicatiōe maiori ⁊ minori nō pōt abſolui a pctīs. vt in. c. quicūq;. xxiiij. q. j. ⁊ in. c. alma mater. de ſen. excō. li. vj. ⁊ in. c. ſi celebrat. de cleri. excō. miniſtrā. ⁊ poſitū fuit in repetitiōe penitētiuȝ: que incipit gaudioꝝ in quinto queſito in fine ſcđm Richar. in. iiij. ſen. di. xviij.

Sextus actus.

¶ Sextꝰ actus eſt ꝙ ꝯfeſſor circa pctā faciat infrogatiōes penitēti: q̄ autē interrogatiōes fieri debēt vel pn̄t a ꝯfeſſore ſunt oppi. nam aliqui dicūt ⁊ ſic vtūtur multi religioſi ꝙ nulle interrogatiōes fieri debēt. Sed dicūt ꝙ confeſſor ſimpliciter debȝ audire ea q̄ pctōr cōfiteri voluerit: ⁊ poſtea ſcđm audita ⁊ cōfeſſa pn̄iam iniūgere. et ad hoc videt̄ facere illud cōe. de penit. di. j. c. nō tibi dico vt te prodas. ſed ſtatiȝ ſequit̄ arg. cōtra. ibi cū dicit i publicū ergo a ꝯtrario tibi dico vt te ꝓdas in occulto. ⁊ ſine dubio hec opinio periculoſa eſt q2 multi ſunt ſimplices q̄ ſi inſtruātur vere ꝯfitebūtur: ⁊ ſi nō inſtruātur ſemꝑ in fecibꝰ remanebūt vt patet i notat̄ in actu ſup̄ proximo. Eſt etiā falſa hec opinio nā in hoc foro ſac̄dos eſt iudex. vt i. c. verbū dei. de peni. di. j. et iudicāteȝ oportet cūcta rimari. vt i. c. iudicāteȝ. xxx. q. v. Et ſi hoc tp̄alis iudex ⁊ medicꝰ corporalis debēt facere: multo fortiꝰ hoc debēt facere iudices ſpūales: q2 vbi maiꝰ periculū iminet cautiꝰ eſt agēdū. vt in. c. quieſcamꝰ. xlij. di. Et breuiter hoc apte determinatū eſt i cōſilio generali. ſ. in. c. oīs vtriuſq; ſexus. j. de peni. vbi dicit tex. Sacerdos autem ſit diſcretus ⁊ cautus vt more experti medici ſuperinfundat vinū ⁊ oleum vulneribus ſauciati diligēter inq̄rentes ⁊ pctōris circūſtantias ⁊ peccati quibus prudēter intelligat quale debeat illi p̄bere ꝯſilium: ⁊ cuius remediū adhibere diuerſis expimentis vtendo ad ſanandum egrotum. Et nota qḋ dicit diſcretus ⁊ cautus: nam diſcretus debet eſſe. ⁊ ideo neceſſario eſt ꝙ nō ſolum ptātē ſed etiam ſcientiam habeat: ⁊ quod canones penitētiales de quibꝰ in actu ꝓximo infra dicetur non ignoret: ſicut dicit̄ in ſimili. c. j. de ꝯſangui. ⁊ affi. debet eſſe cautꝰ: vt ſapienter ⁊ aſtute īterroget a peccatore: extrahat qḋ forte ignorat: ſed in hoc cautꝰ ſit: vt nec plures īterrogatiōes faciat q̄ȝ expediat: quod ſpecialit̄ in īterrogatiōibꝰ modi peccandi ⁊ maxime in pctō fornicationis ⁊ gule cauēdū eſt: ne forte ſibi modū quē nūq̄ȝ audiuit aperiat: ⁊ ſic ad pctm̄ quod nunq̄ȝ fecit quodāmodo inſtruat ⁊ inducat. vt autem ſacerdos ad interrogationes faciēdas meliꝰ inſtruat̄ ſcire debet ꝙ interrogatiōes iſte ꝯſiſtūt circa ꝑſonas circa pctā circa circunſtantias ꝑſonarum ⁊ pctōꝝ. vt patet in p̄alle. c. oīs vtriuſq;. ⁊ in c. deus qui. j. eo. ti. ⁊ de peniten. di. v. c. j. Et de omnibus iſtis latius vide: vt plenius ponit̄ ꝑ Hoſtiē. in ſumma. eo. ti. §. que īterrogationes vſq; ad. §. quis ſit effectus.

Septimus actus.

¶ Septimus actus ꝯfeſſoris eſt: ꝙ ꝯfeſſor bene penſet pctā ſibi ꝯfeſſa per penitentem: ⁊ imponat ei penitentiam habita informatione ad bene arbitrandū quā penitētiā imponere debet. Et vt ſacerdos in diſpenſando circa penitentiā īponēdā cautiꝰ arbitret̄: debet ſcire canones penitentiales: quos de iure ſcire tenet̄ hn̄s ſacerdotis nomē vix in eo cōſtabit. vt in c. q̄ ipīs. xxxviij. di. qui ant̄. ⁊ quot ſint iſti canones pn̄iales eſt ſciendū ꝙ hoſtien. in ſumma iſto ti. de peni. §. q̄ pena ꝓ pctīs ſingulis. ver. vt aūt ſacer. poſuit. xlvj. canones penitētiales. ſpecu. i reptorio ſuo eo. ti. §. ſciēdū ē: poſuit. xlv. canones pn̄iales. Jo. Brocardo in. xvij ⁊. xviij. ⁊. xix. libris poſuit etiā. xliiij. canōes penitentiales. Ego vero inter oīs ꝓfeſſores iuris canonici minimus diuino adiutorio fulcitus diſcurrendo per omnia volumina iuris canonici inueni in volumine decretoꝝ. ccccvj. canones. ⁊ in volumine decretalium. cxxj. canones penitentiales. ⁊ i volumīe. vj. li. xxxv. canones: ⁊ in volumīe cle. x. canones penitētiales: ⁊ ſic ſunt oīs p̄dicti canones penitentiales i dictis voluminibꝰ inuēti ⁊ cōtēti. cccccLxxij. canones q̄ ꝑ ordinē ſubſequūt̄ ⁊ ponentur.

Octauus actus.

¶ Octauus actꝰ ꝯfeſſoris eſt: ꝙ audita ꝯfeſſione penitentis / ⁊ īpoſita ſibi iuſte ⁊ recte penitētia ꝯpetēti abſoluat ipſuȝ penitētē. nō aūt ꝑuertat ordinem vt multi ꝯfeſſores faciūt: ꝙ priꝰ abſoluat: ⁊ poſt pn̄iaȝ īponat: nā ꝓ ordine p̄dicto tex. ē i cle. dudum. de ſepul. in. iiij. colū. §. ſtatuimꝰ. vbi dicit tex. ꝙ debet peti ab epō vt fratres qui ad hoc electi fuerīt in eoꝝ dioceſibus ꝯfeſſiones ſubditoꝝ ſuoꝝ ſibi ꝯfiteri volētiū audire valeant: ⁊ penitētias imponāt: ⁊ bn̄ficiū abſolutiōis īpendant de licentia eorūdē: ⁊ hoc notat ibi glo. in parte audire. que dicit hunc ordineȝ vt i p̄mo audiat̄ ꝯfeſſio: ſcđo imponat̄ penitentia: tertio fiat abſolutio ⁊ nō p̄cedat abſolutio īpoſitionē penitentie. vt ſic abſolutioneȝ p̄cedat

Attende ordinē tenēdū i audiēda penitentia ⁊ abſolutione faciēda

Universidad de Deusto Biblioteca

